

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Statuta congregationis ben. argent - Cod. Ettenheim-Münster 55

[S.l.], 1623-1624

I. Regula s. Benedicti

[urn:nbn:de:bsz:31-108283](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108283)

J^r

INCIPIT REGULA SANCTI PATRIS NOSTRI BENEDICTI.

De generibus Monachorum

Cap. 1.

Qualis debeat esse Abbas.

Cap. 2.

De adhibendis ad consilium

Fratibus. Cap. 3.

ALBQUA PRACIPVA) Ea intelligimus, in
quibus maximè totius Conuentus cuiusq; Monasterij
consilia, & uota requiri debent; ut est receptio
Monachorum ad professionem, collatio beneficio-
rum, ubi consuevit Conuentus interuenire huius-
modi collationibus. Locationes ad longum temp^s,
oppignorationes graues, uenditiones notabiles,
Emptiones grandes, et huiusmodi. Etiam alie-
natio rerum Ecclesiasticarum, immobilium, et
preciosarum (qua ualorem triginta florenorum
excedunt) mobilium, quae per sacros Canones
sine permissione summi Pontificis, ubi Monasteria

si

In obis Conuentus
appetitus requirit

non alienati
dicitur per quos
sunt

Sunt exempta; sine permissione autem Ordinarij ubi Monasteria C equalia sunt in Episcopatu Argentinensi Ordinis S. Benedicti non sunt exempta, omnino fieri prohibentur.

¶ 2. Nihil pmo: nisi, nisi, nisi, nisi.

Si tamen aliqua talis res alienanda est, quantum fieri potest, permutatione fiat, potius quam uenditione, aut ita caute uendatur, ut pecunie in alia bona, ne Monasteria aliquod detrimentum patiantur; saepe enim contingit bona Laicorum esse hypothecata aut fidei commisso subiecta, uel aliter obligata.

¶ 3. Confessio, amicitia, fraternitas.

CONVOCEAT. Hortamur antequam Abbas exponat causam, de qua agendum est, exhortetur Fratres, ut cum humilitate dent consilium, iuxta hoc Capitulum.

¶ 4. Que in capitulis dicitur, ubi non quod.

Prohibemus autem, ne quis Frater audeat revelare ea, que in Capitalis particularibus Monasteriorum tractata fuerint. Quod si quis transgressus fuerit, iniungatur ei pro hac graui inobedientia, ut dicat suam culpam in Capitulo coram omnibus, ieiunetq; semel in pane & aqua, in terra in Refectorio, et priuetur per sex menses uoce adina et passina Capitulari.

¶ 5. De seniore.

SENSORVM. Dicimus hac uoce per totam Regulam intelligi a Nobis Priorem Claustralem

3
Subpriorem, Nouitiorum Magistrum, Cellararium, et post hos unum uel alterum ex Conuentu qui etate Ordinis, et gravitate senij ceteros Fratres antecedunt, quibuscum uel solis Praelati negotia Monasterijs suis accidentia, tam in spiritualibus, quam temporalibus expedire possunt.

Quae sunt instrumenta bonorum operum. Cap. 4.

De Obedientia. Caput. 5.

De Taciturnitate Cap. 6.

SCURILITATES VERO) Mori hac terribili S.P.N. Benedicti sententia, e Monasterijs omnes scurilitatis ac leuitatum occasiones procul pelli, et hanc partem Regulae singulariter obseruari, et in transgressores eiusdem graues a Superioribus poenas constitui mandamus.

Omne quoque ludi genus a iure interdictum uel alias Religiosis minime conueniens; ut sunt alea, Chartarum, palestra seu luctus, omnis ludus fortuna, uisium et luxuria, uel etiam spectacula, et Choreas, omnemque

79.
Scurilitates
Hijandae

§. 2.
autem ludo
genus quod dicitur

habitus transformationem, et ludrica omnia
 inhibemus. Sed ludum pile, schachorum cum
 duodecim sagillis, orbiculorum in longa mensa
 et alios, in quibus honestum corporis exerci-
 tium inest, et sine scandalo fieri possunt, con-
 cedimus. Quatenus tamen in concedendo vel
 prohibendo talia non desit discretio Superio-
 ris, scientis quid expediat; indecentibus illis
 Chartarum, alearumue ludis sublati. Sed
 et neq; cuiquam, ut in flumine, vel rivo la-
 uandi, piscandine gratia, se denudet, permitimus

16. 3.

*Recreatio a
 mensa ubi fru-
 ctuosa.*

Surgentibus a mensa post refectionem tam
 prandij, quam Coenae, recreandi seu colloquendi
 tempus etiam per horam integram, si haberi pos-
 sit, indulgemus. Volumus tamen ut uno in loco,
 a Superioribus deputando, conveniant. Qui
 locus, si fieri potest, talis esse debet, ut in eo
 quoq; citra scandalum, ac difficultatem Fratres
 (quibus conceditur) cum Consanguineis et Ami-
 cis colloqui possint, quando aduenerint: alias ad
 recreationem Fratrum Opifices, Hospites, aliosq;
 ad Conuentum non pertinentes, admitti nolumus,
 nisi singulari respectu Superiori aliquem vel ali-
 quos admittendos censuerit. Hisce tamen recre-

*Inde hinc intro:
 De vestit.*

recreationum Conuentibus, quamuis Prior non
semper interesse cogatur, curare tamen debet,
ut Superior, alijue Seniores is intersint, qui ne
excessus in aliquo fiant, diligenter caueant.

*Semper Seniores
huic profici.*

Similiter quando cunq; uel ⁱⁿ Monasterio uel
extra Fratres recreationis gratia conuenerint,
aut cum amico uel hospite colloquendi licentia
datur, caueant dissolutiones, manuum iniectioes,
impulsiones, et huiusmodi iocos honestati religio
nis minimè conuenientes, sintq; solatia honesta
et modesta; qua iuxta dictum s. Bernardi,
potius recitent quam enervent. Qui uerò contra
fecerit, ieiunet semel in pane et aqua come
dens in Refectorio in terra toties, quoties;
qua ut melius obseruentur, huiusmodi recreatio
nibus semper unus de Superioribus interesse.

4.
*Qui minus alendi
in recreatione
quàm amantur.*

*Para transgresso
115.*

Caueant autem Superiores, ne permittant
Monachos uagari per Ciuitates, vicos aut uilla,
sed potius relaxandi animi causa, concedant
deambulationes extra Monasteria in Campos
aut Syluas, in hebdomada semel, excepto tem
pore Quadragesime, et Aduentus Domini,
quibus talia cogitare non liceat, nisi Superiori

5.
*Si deambulationes
non, in quibus
sua tibi.*

*quibus huiusmodi
relaxatio per, et qm*

6

Adly se a gpe. cu Superiori salu. ad.

B.

certas ob causas aliquid concedendum visum fuerit: quando autem Fratres in deambulationibus sunt, a Superiorum conspectu nunquam se tam procul eliminent, quin ab ipsis perspicere possint.

Adia hui. adly se a gpe. cu Superiori salu. ad.

que tempora et loca silentii observent.

B. con. d. 3. cu.

6. Sine denique Fratrum nostrorum colloquia, quandoque colloquendi licentiam acceperint, non uana, non inutilia, sed que Religiosos decet, et obseruent tempora, loca, silentio perpetuo dicata, ut sunt hora nocturna a Completorio finito, usq. post finem Prima regularis nocturne sequentis diei, et tempus quo orationi, uel lectioni regulariter uacandum est, aut reficiendum uel quiescendum et in his temporibus ne Cellerarius aut infirmarius, et ob negotia ex improviso accidentia nimias turbas faciant, modum eis Abbates et Superiores dicere sciunt. Loci autem silentii specialia sunt, Oratorium, Refectorium, Dormitorium et Claustrum, per quod nos peristilium Monasterij intelligimus.

De Humilitate. Cap. 7.

De Officijs diuinis in noctibus
Caput. 8.

HYEMIS TEMPORE) Seruetur consuetudo
Breniarij Benedictini nouiter secundum Roma
num restituti, et in Congregatione nostra
usurpati; quod quia sacra rituum Congre-
gatio 24. Januarij M. DC. XVI. omnes Mona-
chos^z Ordinis S. Benedicti recipere posse
cenno ac declarauit; Nos quoq; libentes
suscepimus, una cum Romano modo, melodia
Caremonijs (presertim secundum Caremo-
niale ultimo a Paulo V. correctum) et Anti-
phonarijs, alijsq; adinuentibus libris desuper
confectis et impressis, in quibus, que circa
Ordinem diuini Officij per totum annum per-
tinent, plenius digesta inueniuntur, recensita-
men, quantum omnino fieri potest, et concordatis
Monasticis obseruationibus, excepto quod ad
omnes Canonicas horas (ad matutinum et
Laudes, quando non cantantur, sedent) stan-
dum sit: Ad Cursum uero Dinae Virginis
Mabris sedere liceat.

f. i.

quod Benedictini
congregatione nostra
usurpati

et Moniales

57

Melodia
Caremoniale
ultimo a Paulo V.
correctum

quod sub hanc
relatam
ad hanc

2.
19. 72.
Complectorio.

Confessio penit.

115. 14. 22.
Sicut hinc infir.

Loco ubi
cardi.

OCTAVA HORA) Finito Completorio, quod septima hora immediate incipitur, sine cantetur in tono; sine legatur indirectum, parva interposita morula, pulsetur ad conscientie examen, certo loco ad hoc destinato, exquisitè ab omnibus faciendum, idq. paululum ultra quadranem. Quod ut diligentius et simul ab omnibus fiat, etiam Prior et reliqui Seniores in eodem loco interim permaneant: Quo finito, singuli ad Cellas suas cubitum se conferant, nec sine singulari causa quisquam ultra octavam vigilia extendat, ne tempore somni, quod à prædicta hora octava incipit, et ad tertiam usq. Matutinam, et paulo amplius, continuum ceditur, sese prius, segnior et somnolentior ad Matutinas surgat. Surgentes autem ibi se gerant, ut et hic à S. P. N. Benedicto, et ex quotidiano exercitio Patrum nostrorum edocentur.

57.
9. 2

§. 3.

34
De rebus xcolle
amb. se. l. 1. 1. 1.

Finitis Matutinis, qui cum nocturnis tam festiuis, quam ferialibus diebus continuantur nulli sit recollocandi se licentia, sed parva iterum interposita morula, pulsetur ad meditationem, eodem loco, quo Vesperie conscientie examen, faciendam, per dimidiam

horam duraturam. Quod ut diligentius fiat,
etiam Prior in eodem loco cum alijs Senioribus
meditabitur; aut si ex causa non potest, alig
eius vice curam geret, ipse uero locum eun-
dem sapius uisitet. Qua meditatione fini-
ta, locus et tempus est confessionibus &
reconciliationibus, si qui opus habent. Alio-
quin in silentio suis spiritualibus priuatis
exercitationibus aut studijs uacent.

Quia meditationi
nisi sit.

quod ostendit.

15.
sup. ostendit tempus
a meditatione restit.

4 Volumus tamen atq; mandamus, ut quorvis
Officium B. M. V. Defunctorum, Psalmi Iocosi-
tentiales, Graduales etc. pro tempore dicenda
non dicantur in Choro, tam Nocturni et Ma-
tutini regulares; quam alia hora per diem
tanto morosius, distinctius, et deuotius dicantur,
aut decantentur.

4.

53.
23.

quod non sit
curandum

Quot Psalmi dicendi sint in Noctur-
nis horis. Cap. 9.

Qualiter etatis tempore agatur
nocturna laus. Cap. 10.

Qualiter Dominicis diebus Vigilia
agatur. Cap. 11.

Quomodo Matutinorum solemnitas
agatur. Cap. 12.

Qualiter privatis diebus Martine agantur Cap. 13.

§. i.

LITANIAE ET COMPLETUM EST. Litaniae intelligimus Kyrie: Christe: Kyrie: Pater noster; item ut pronunciato Versu; Et ne nos: et Dominus vobiscum, immediate sequatur Oratio; praeterquam ad Primam et Completorium: et praeterquam triduo ante Pascha. Quo tempore dicimus officium secundam Romanam curiam, pro ut in Breuiario nostro nouo etiam habetur.

Qualiter in Natalitijs sanctorum agantur Vigiliae. Cap. 14.

§. i.

SICUT DICIMUS DOMINICO dicimus de Sanctis non debere aliter fieri, quam 12 Sectiones, aut Commemorationem cum tribus lectionibus, sicut in Breuiario restituo, et rubricis eius generalibus dispositum est.

Huiusmodi Commemorationes et lectiones in Breuiario restituo.

2.

De sanctis in Breuiario restituo.

De Sanctis, quorum titulis Ecclesia seu Monasteria dicata sunt, habeantur in suis locis Duplicia, secundum idem Breuiarium. De Sanctis autem Terrae seu Regionis, conforment se Ecclesijs secularibus, pro ut possunt; si tamen tam multa non fuerint, ut singularem pariant difficultatem. Quod etiam de festiuitatibus

locorum seu Monasteriorum quorundam pro-
prijs intelligendum est.

Festum uero S. P. N. Benedicti in Mona-
nasterijs nostris, ac locis, celebre habeatur, ^{Scheronius dicit}
ita ut a Fratribus, famulis, laborantibusq;
ab operibus cesserit, quemadmodum si festum
ab Ecclesia preceptum esset.

Quibus temporibus dicatur
Alleluia. Cap. 15.

Qualiter diuina opera per diem
agantur. Cap. 16.

PRIMA, TERTIA Pro tempore dicenda
seu cantanda Prima, statim horam sextam, ^{Ordo p. 1. p. 1. p. 1.}
qua audita per dimidium circiter quadrantem ^{7. p. 1.}
pulsetur primum signum, et paulo post alterum ^{in p. 1. ad 104.}
incipiaturq; hora, seu cantetur, seu indirectum ^{in p. 1. dicenda.}
legenda sit, in puncto quadrantis. Qua finita,
legitur uel cantatur Martyrologium Romanum
et dicitur Preciosa, ut in Breuiario, et nisi
alia hora immediate, ut in diebus Ieiunij
Tertia, et in Quadragesima etiam Sexta,
subiungenda sit, statim processionaliter ad
locum Capitularem eatur, fiatq; ibidem Com. ^{7. p. 1. Capitulum p. 1. p. 1.}

17.

Commemoratio Defunctorum, Familiarium
et Benefactorum, cum Psalmo De profundis
et Collecta, Deus Venia. Ultimo seden-
tibus omnibus legitur una lectio Regulae,
sunt exhortationes desuper a Presidente
et aut monentur, aut consultantur, si quae
necessaria sunt, et audiuntur Culpa.

Exhortationes fa-
ciantur

ff

§. 2.
Vt in Capitulis
culparum.

cap. minimum quod
monet Abbates et
Priores curam
debeat

§.
Sic modis
in est

Cum in Capitulis Culparum non minimus
conseruanda ac propaganda monasticae
disciplina vigor exibat, quamvis quotidie
una quotidie a Priore, et in eius absentia,
ab alijs Superioribus emendari et corrigi
debeant, tamen monemus Dominos Abbates,
ut ipsi vel semel in mense quolibet, maio-
ris severitatis gratia intersint, ut dum
ibidem omnium gestarum aut omissarum
rerum, actuumq; examen diligentius institui-
tur, eo magis singuli timeant, et a culpis lon-
giores fiant. Dicitur igitur per Praesidentem
(Loquamur de Ordine) non qui se in
aliquo reum noverit, surgens in medium ve-
niat, pronus se in terram prosternens, et in-
terrogante Praesidente, quid dicat? Respondeat
meam Culpa. Et surgere iussus, in eodem

loco, discooperto ac parum inclinato capite
 stans, clara voce, et sine palliatione suas confi-
 teatur negligentias. Expeditis vero Novitijs
 et hospitijs (id est fratribus ex alienis Mona-
 sterijs ad tempus nobiscum manendum adveni-
 entibus) et Conuersis atq; Commissis primum,
 uel (si nihil cum eis agendum est, exire
 iussis) non prohibentur Monachi ac Sacerdotes
 tres, pluresq; in simul surgere, et sese accusare
 et indicari ad loca sessionis sue redire, donec
 omnes expediantur. Prohibemus tamen multis
 ex causis, ne quis fratrem culpando alium ac-
 cuset, aut proclamet, sed si quis aliquid in fratrem
 nouerit, cum charitate secreto, uel ipsi, uel Dño
 Abbati, aut Priori, aut certe Confessario eius
 corrigendum suggerat.

*Proclamatio si
 alii talis sit.*

Prima et Capitulo finitis, hora septima quo
 tidie (exceptis diebus tribus postremis Heb-
 domade maioris, et sicubi propter populum
 alia esset consuetudo, que mutari non solet)
 legatur una missa, uel eius loco missa prima
 quando due dicenda sunt, ut diebus Ieiunij,
 in Quadragesima, infra octauas, in Commemo-
 ratione Defunctorum, uel si aliqua talis fun-
 data aut rogata sit. Sicut autem quilibet Sa-

§. 3.

*In prima sum
 facienda.*

*Dua Sacramenta
 missa qui paxda.*

14
Partis qd dicitur
Lebanus

70
Ordo missae
100

Negligentes qui
concedunt

70-76

§.4.

Sacerdos et Monachus non legitime impediens
ad quotidie celebrandum ut Status sui tenentur,
in quo nec officia habentes, nisi ad minimum
ter in hebdomada legant, excusantur. Sic
porro ordinentur in tabula Missae privatae
alia ut quo Chorus in Summa missa fortior
sit, omnes tunc expediti sint, ut nullus sub ea
missa (nisi ubi propter populum necessari-
um esset, et numerus Fratrum id porferre
potest) legere praesumat. Et quando interea
alter alteri succedit, semper ad Agnus Dei
sacri praecedentis ter cum Campanula pro al-
tero sacro pulsetur. Qui vero constitutus le-
gere non potest, vel non vult, in tempore
alium pro se ducat, vel sacerdotam moneat,
ne pulsari permittat. Negligentes vero de-
super admoniti, si non emendaverint, dis-
cretionem Superiorum puniendi se serventur:
nec prohibentur tamen, si plures fuerint, et
tempus breve, ut duo, tresve una vice tunc
simul legant. Alii qui tunc circa sacrificia
missae non occupantur, nisi in silentio studijs
vacent, vel exercitijs.

Media hora ante Nonam in ferialibus

12
13

77. *publenda ad
summa facta.*

70.

9.
Celebrans prius offit.

39.

officiales bis in
hebdomada muni-
cipali

offi. a laudibus in
hebdomada Confessi-
onariis

Formas gen. transp. p.
du. a. 6. du. a. 4. hora.

S.S.

41. orz.

Prandij hora

uel in festiuis ipsa odana pulsetur ad sacrum
Summam cum duobus distinctis pulibus, ut
ad Primam, cui praemittitur Tertia, et in
diebus Ieiunij Sexta, in Quadragesima No-
na cum pulsu singulari ad cuiuslibet hora
principium, et Psalmi canitur Missa. Quae
ut dignius et sanctius solemniatur, et nullus ad
eam, sicut nec ad Missas primarias cum conscien-
tia peccati mortalis accedat, quilibet aucta
Confessario suo (qui ex privilegio Clementis
8. non necessario Prelatus, aut Superior fuis-
se debet) confessus sit, uti et officia habentes
ad minimum bis in hebdomada confiteri tenen-
tur: Qui autem non sunt sacerdotes, singulis
diebus Dominicis, nisi in aliquo festo in eadem
septimana id factum esset, rite confessi commu-
nicent. Summam Missam immediate sequitur
hora comperens, Sexta scilicet uel Nona et in
Quadragesima Vespera, cum suis specialibus
signis: alia Nona cum distincta pulsu dici-
tur hora duodecima. Tempus quod ante pran-
dium reperest, in silentio fructuose impendatur,
Prandij hora communiter decima est, et in Ie-
iunij diebus undecima, uel quadrans ante,

16

fiatq; inter pulsam et pulsam mora non nimia,
nec inaequalis, nec ultra illud tempus comestio
differatur. Quod si autem ex legitima causa
differenda fuerit, etiam primum signum differa-
tur, ne expectantibus otia dum sit. Prandio
finito, sublatis mensis, Lectore dicente, Tu
autem, cum ~~psalms~~ Misericere vel alio
tempori competente, processionaliter ad
Chorum ier, et actis ibidem gratis ad recre-
ationem in locum certum, in hyeme sub cali-
dum qui debet esse a Refectorio distinctus,
ne, qui sunt in secunda mensa, cui et sua
lectio non desit, distrahanur, aliq; fiant con-
tra Refectorij reverentiam, quod silentio re-
gulari, et disciplina colendum est. Unde et
finita refectioe secunda mensa, obserandū
est Refectorium, et neq; postea, neq; sub illa
secunda refectioe quisquam ingrediendi
licentiam habeat, quod etiam ad Coenam cum
datur, adq; Collationes obseruandum.

§. 8.

Recreatione in pulsu meridiano cum No-
na finita, a Vestiario, Bibliothecario, quos
ideo in locis suorum officiorum praesentes

Qui gratias agit
habere

54.

Refectorij reverentia

Illius observatio

17
Circiter octiduum
pulsus, horar
o. Pulsus.

esse convenit, perantur, quae petenda sunt, et
horam circiter primam, pro silentio et studijs
pulsus fiat. Quod ipsam etiam diebus Jejunij fa-
ciendum est, excepto quod recreatio non per
Nonam, siquidem ante dicta, sed per propria
pulsus finiatur. Diebus tamen Dominicis et
festivitas a prima ad secundam silentij, vel pro
lectionis hora est, a secunda ad vespereas
usq; vacatur. Quando autem communis re-
creatio seu deambulatio conceditur, daretur
usq; ad tertium quadrantem tertiae, vel labor
aliquis iniungitur, a fine Nonae, vel tempore
Jejunij a fine recreationis daretur usq; ad secundam.
A secunda vero ad studia redeundum usq;
ad vespereas, hora tertia cum pulsus, uti supra
ad Primam promisso, semper incipienda; et post
finis, in silentio rursus utilibus studijs, aut
lectionibus, secundum superiorum dispositionem
vacandum. At in Quadragesima, quando ves-
pere ante refectionem dicuntur, sumptuosa coena
et colloquio per proprium pulsus finito, habetur
lectio Statutorum, vel Ceremonialis, deinde
in Cantu novo addiscendo ad secundam usq; se
se coarceant. A secunda ad quartam honeste
et modeste occupentur, vel in hortulis, vel in alijs

H.

Duratione recreationi
dixit.

Deambulatio con

Quid finitio a
vespis.

Or habenda coena
sumptuosa, deinde
mialis

Distributio huius
- Quadragesima

rima
comestio
ma capto
m differe
rardio
re te
- alio
iter ad
ad ve
sub al
dittimo
et per
fiam
lunice
du et
obscuro
et illa
licendi
am co
cum
y, quod
tenor

80.

manualibus, pro ut singuli habent, vel pro ut a Superioribus discretis iniungitur. A quarta autem usque ad medium Sexte, studijs aut preparatione ad futuram meditationem distincantur.

§. 7.

Quinta datur Coena, et in Ieiuniorum diebus hora Sexta Collatio. A Coena, quoties datur, recreatio est, secundum modum supra notatum; et semiquadrante ante septimam pulsetur, et eatur ad lectionem Collationalem in Capitulo, vel ubi S. Abbas commodius iudicaverit, audiendam, quando his reficitur. Qua lectione C. que in Ieiunij diebus sub Collatione continetur, ad usum Superioris finita, convenientibus ad Chorum singulis immediate sequitur Completorium, et post eius finem datur aspersio cum aqua benedicta, dicente Superiore secreto, Asperges me Domine. @.

*fr. 92.
S. 10.
ad casa el. p. col.
latis finit?*
*quo in loco lectio
collationis fuerit*
Completorium sequitur.

117. 22.

8.

Hoc ut omnia sedulo ac serio fiant magis, curam Priores et Subpriores habeant, faciendiq. liberum sibi aditum ad cuiusvis cellam hypocaustum officinam, locum @. quatenus minime impediti, ordinate huic disciplinae obstantia, impedimentaq. observare, removere, Audiosos ac diligentes prouehere, negligentes uero corripi.

*Priores in officio
officium*

corrigere possiat.

19
9.
Quod si ob dies Rogationum, aut aliarum pro
cessionum, vel solemnitates maiores, ut in Nati-
uitate Domini fit, aut propter alias causas
aliquid de predicta Horarum laudis divina,
vel missarum, ac diei dispositione, variandum
est, id pridie ante Vesperas in scheda feri-
prum affigatur, qua videlicet hora cuius legen-
da missa. Idem quoque fieri debet, si ob priua-
ta festiuitate, aliquid in recitatione horarum
aliorumq; officiorum diuinorum variandum oc-
currit, quod in Directorio, vel rubricis genera-
libus non est, aut certe dubie habetur.

10.
Quamuis Breviarium nouum in recitatione
officij Defunctorum horas post horas, id est, Ves-
peras, post Vesperas, et matutinum post matutinum,
et subinde ante illud Psalmos Graduales, dicenda
ordinet tamen ut nemo tanopere una vice graua-
tur, indulgentur, ut in Quadragesima Psalmi illi
et officium Defunctorum prefatum diebus illis,
quando in eodem Breviario assignantur hora quarta
Vesperina in Choro dici possunt. Completorium
uero more solito hora septima dicatur. Alijs uero
temporibus, quando idem officium Defunctorum

²⁰
Nō tēn spūū
L'pūctōr Cūlū.

dicendum fuerit, vespera post vesperas, cum
Nocturnis ac Laudibus continuentur.

Quanti psalmi per easdem
horas dicendi sint. Cap. 17.

Quo ordine psalmi dicendi
sint Caput. 18.

QUOD NOS TERPES Quia S. P. N. Be.
neditus nullum ex Monachis a dicendo diuino
officio excipit, ideo Nos etiam nec Professores
in sacris non constitutos, nec ad studia positos
excipimus.

Professi, etiam in
studij officio te
nēt reuacationē hō
iur. m. an. an.

De disciplina psallendi
Cap. 19.

50.

STEMVS AD PSALLENDUM Strenuē et purē
diuinis laudibus interesse curemus, strenuē qui
dem, ut sicut reuerenter, ita et alacriter dō
assistamus, non pigri, non somnolenti, non osci-
tantes, non parcenes uocibus, non praesidentes,
uerba dimidia, non integra transilientes, non
fractis et remissis uocibus, muliebri quidam
barbarumue sonantes, sed uirili, ut dignum est,
et sonitu et affectu, uoces S. Spiritu depromen-
tes. Purē autem, ut nihil aliud, dum psallimus

quis strenuē in
diuinis laudibus
dō dō dō dō
paragend.

quis purē?

quam quod psallimus, cogitemus; Spiritus enim
sanctus illa hora gratum non habet, quidquid
aliud, neglecto eo, quod debemus, obulerimus.

Psalmodyam non multum protrahamus, me-
trum et finem versus simul insonemus, et in
medio bonam pausam facientes, simul dimittamus
nullus ante alium incipere, et nimis currere
presumat aut post alias nimium trahere aut
punctum tenere. Simul ergo canemus, simul
pausemus, semper mutuo auscultantes.

Non illie sicut capite suppodiato, aut in la-
tus alterum deflexo, non in altum erecto, sed
mediocriter depresso, defixi in terram oculi
aut libros, aut alia necessaria, non districa-
tis vel distentis pedibus, vel manibus dissolu-
tis, sed decenter sub habitu (semper enim
sub habitu manus tenenda) combinatis.

Nemo sub communi officio inter Fratres
peculiaribus uacet orationibus, aut lectioni, vel
in libris occupetur non necessaria querendo
non Caputis Fronis tegatur, et caveatur ab ex-
creationibus quantum fieri potest: immunditia
uero oris et narium sub formis projiciantur

21

5. 2.

Quia in psalmodia
obscurata.

3.

Inter psalmodiam
pales et manus dexterae
et reliquias se habent.

4.

Quia proxi moris
reuerendi.

27.

ad pulcres, quibus si tabula uel pauimentum
maculetur, protinus abstergatur.

5.5.

*Proferatur et
liber, sicut
alij abusus.*

Caueatur excursus, discursus, Ineptus nimij,
ingressus, canum, catorum, et quidquid specta-
culum, uel risum et cachinnum excitare po-
test; nec significet unius alteri aliquid, absq[ue]
causa necessaria. Amputetur igitur omnis
ocasio, unde oculus mentis in Deum se ele-
uare uolens, reuerberari, deuotionis feruor
remitti, aut distractio oriri possit.

6.

*Quid facientia
si qd. sonus sp.
spiritus.*

Si somnolentia quisquam premitur, a uicino
fratre excitetur, modestè tamen, nec hoc mo-
lestè ferat, pro uiribus sese excutiendo, uel si
excitare omnino nequiverit, petita licentiã
ad tempus excundo.

26. 27. 29.

25. 7. 12.
20. 11. 14. 4.

*Omnia tempestatia
a Priore uel alijs di-
tari uolenda.*

Ordinetur tempestatia tabula a Priore, uel cui
incumbit, in qua quisq[ue] quid legere, quid canere
uel facere debeat, perspicere possit libri etiam
bene punctati cum candelis, et alijs operi
diuino explendo necessarijs, pro noctibus in-
ueniantur preparata. Neminij enim difficultia
uel inuitata, nodis tempore absq[ue] libris
et lumine legere cantare uel liceat.

8.

*Partim musica prius
ab ipso a libris.*

Exercioribus in Cantu libris appropinquandi

locus detur, Pause signata Auditiōe obseruentur
non nimis altē, nec basse nimis, non velocius
quam decet, non trahens quam expedit, cantan-
di, legendi, seruentur mensura, qua, considerata
temporis qualitate & in solemnitatibus enim
trahens est canendum) ut et porrabilis fra-
tribus, et acceptabilis Deo sit. In quo maxime
Cantorum & quibus reliqui aures accommodare
tenentur, ne error, aut dissonantia in opere
Dei contingat) diligentiam et officium requi-
rimus; et qui in huiusmodi aliquo deliquerit
culpam suam dicat in Capitulo, pro delicti
qualitate, ad iurum Superioris satisfactorius.

De Reuerentia Orationis.

Capit. 20.

CUM HUMILITATE ET REVERENTIA
Declaramus modo infra scripto, Reuerentiam
debere seruari in diuinis officijs cum Fratres
Chorum ingrediuntur, siue inde egrediuntur,
in medio ante Sanctissimam Eucharistiam Sa-
cramentum, semper unicum genu usq; ad terram
flectant, capite nudato, et inclinato: postea
Venientes ad sedilia sua, corpore et capite
aliquantulum inclinato, reuerentiam faciant

Co.
23.
que mltis et regim
in cantu obferuata.

certa multa in p[ro]p[ri]a
lib[er]i cantu
g. 58.

Carthm. p[ro]p[ri]a.

Pere delinquēt
hoc in loco

58. 68.

Reuerentia haec d[icitur] ut ex
negressu et cognoscit elon
in medio ante reuerentia
corpore nem usq; ad terra
flectat capite nudato et
inclinato.

Quia tenet ea: versus sedem Prælati.
super sedem Prælati.
Non sufficit medi-
um in lineis.
versus sedem Prælati. In ceteris autem locis
sufficit mediocris inclinatio: ut cum Refecto-
rium, Capitulum seu alium huiusmodi locum
ingrediuntur.

In genua flexio
§. 2. **F**lectimus genua quando incipitur Hymnus
Aue Mariae Stella: et in hymno S. Crucis cum
dicitur O Crux alle: et in hymno Pange
lingua, in festo Sanctissimi Corporis
CHRISTI cum dicitur Tantum ergo Sacra-
mentum, quando ipsum Sacramentum est su-
per altari: et in hymno, Te Deum laudamus,
quando dicitur versus, Te ergo quæsumus
tuis famulis ☉: et quando dicuntur Ambiplo-
na ad finem horarum; exceptis Dominicis
diebus et toto tempore paschali. Item in
missa, quando dicitur, Flectamus genua.
et vers: Adiuua nos Deus salutaris No-
ster ☉. In Tractu Quadragesime: Item in
principio hymni Veni Creator Spiritus:
et in Missa de Spiritu S. quando dicitur
Veni sancte Spiritus.

3. **C**um cantatur missa pro defunctis, omni

tempore ad orationes genu flectitur, tam in festiuitatibus et octauis, quam etiam Paschali tempore, excepta solemnij Commemoracione & fundorum, et quando fit solempne officium pro tunc defuncto Fratres illius Monasterij.

55.c.

Quando uero incipitur officium usq ad Gloria Patri, et quando dicitur Capitulum, Fratres stent uersus Altare capite nudato; quando dicitur Gloria Patri, aut in fine hymnorum, quando fit mentio de ss. Trinitate, profunde inclinent se unus Chorus uersus alium Chorum, Choris diuisis.

§ 4
in parte xpi altari
capite nudato.

in choro altari
altari parte diuisi.

In Choro sedent, quando celebrans sedet et postea dum cantantur Epistola, et Prophetia, Graduale, Tractus, uel Alleluia, cum uersu ac sequentia, et ab Offertorio usq ad incensationem Chori. Et si non incensatur, usq ad Prefationem, et Antiphonam, que dicitur Communio. Ad alia tamen, uel genuflectunt, ut supra.

§ 5
in sedibus in choro.

79.c.

80.

in choro parte
in genua flectunt.

Ad Euangelium omnes recti uersus Altare stent, capite omni tempore nudato. In predictis tamen, praterquam in reuerentia, que

6.

79.

9^{to} FF. possit
 non capite sem
 nudo.

fit ante altare, et dum canitur, sine dicitur
 Evangelium, dispensamus cum Fratribus pro
 pter multarum infirmitates, quod a Calendis
 Octobris, usq; ad finem mensis Aprilis sicut
 Fratres capite seminudato.

De Decanis Monasteriorum Caput. 21.

§. I.

Prioris, Decani,
 et Novitiorum Magi
 officii.

SOLICITUDINEM GERANT Deca-
 ramus, quod sicuti de more nostro Decanorum
 nomine Priorem, Subpriorem, et Novitiorum
 Magistrum intelligimus, ita sollicitos hos esse
 debere, quod Regularis Observantia teneatur
 in Monasterio, Fratrum Confessiones audiant,
 officina Monasterij horis competensibus visi-
 tent. Imprimis etiam Fratrum corrigant excessus
 nisi notabiles inveniunt Praelato reservandos;
 eis etiam particulares licentias concedant,
 iuxta facultatem eis a Praelato traditam.

Continuatio
 fundon.

2.

Diligentem in super curam habeant, quod
 Ceremonie Congregationis, ordinata per Ca-
 pitulum, seu Praelatum, observentur, in vigiliis
 ut divinum officium devotè dicatur, Audeant
 Communibus Fratrum exercitijs et Capitulo culpam
 incesse.

Non constituantur ullus Prior, vel Subprior *§ 3. N.B.*
 qui moribus et literatura non sufficiens sit; si *quæra reguntur qd*
 quis autem inter eos reperitur, qui ad suam *Prior u. Dormitor pri*
 manus peragendum impotens sit, ob senium vel *ffirui.*
 infirmitatem, nullum habeat regimen, sed tamen
 in honore habeatur.

Magistri item Novitiorum fiant moribus et *Qualis debet esse Mag*
 etate omnino maturi, apti ad lucrandas ani- *Novitior.*
 mas, ac instituendos Monachos, quoad utrumq;
 hominem, instruendosq; discipulos, qui a seculo
 convertebantur in monastica et regulari disciplina,
 ac etiam in literatura sufficienti et necessa-
 ria, et fiant omnino adeo graves, ne sint dis-
 cipulis contemptibiles. Quæ omnia eo dili- *Basis Religionis*
 gentius executioni mandanda sunt, quo cog- *bona et omnia*
 noscimus in his robur et fundamentum Ob- *instruit.*
 servantia regularis esse positum. Habeant *quæ in primis libris*
 præterea penes se Regulam, et has declara- *tion. debeant.*
 tiones, ut Fratres instruere possint, silentiæq;
 et alias regularis discipline observantias,
 servari procurent.

Quomodo dormiant Monachi.

Caput 22.

SINGVLIS PER SINGVLOS LECTOS) secundum §. i.
 modernum morem propter honestatem, et ut

Fratres liberius se exercere possunt in orationibus
 et alijs exercitijs spiritalibus, et ut videtur
 curiositas: Dormitorium divisum est per diver-
 sas Cellas, et assignamus unicuique Fratrum cel-
 lam unam, sicut et singuli in singulis dor-
 miant cellis.

§. 2. *Cur cella cuiuslibet
 habeat in superiore
 parte ostij foramen
 rotundum.*
 Quelibet autem Cella habeat in Superiori
 parte ostij foramen rotundum coopertum
 a foris tabella, que faciliter hinc inde
 seduci possit: per quod Frater in Cella
 existens uideri possit: a Prelato, sine a Su-
 perioribus, Priore, uel Subpriore (quibus
 tantum hoc concedimus) si se spiritaliter
 exerceat, aut aliud agat. Quod foramen
 nullus ab intus operire praumat sub pena
 infra scripta.

3. *Quisna frater
 cellam fratris
 possit intrare.*
 Frater fratris cellam, etiam si de alieno Mona-
 chio existat, minime ingrediatur, (pre in ea
 existente), et similiter absente Fratre, si
 est Cella, sine eius licentia, aut nisi de licen-
 tia Prelati uel Seniorum, et quamdiu cum
 debita licentia simul in Cella sunt, ostium
 semiapertum teneatur.

4. *Nemo alius in cella
 potest intrare
 sine licentia.*
 Nec possit Frater quamcumque Ecclenasticam
 uel laicam personam, cuiuscumque conditionis ex-
 istant, in cellam introducere, sine licentia
 Superioris Monasterij.

6. Nec audeat Frater aliquis sine prefata licentia aliquo tempore Cellam claudere ita quod a foris non possit aperiri clauis communi. Quicumq; uero in quolibet supradictorum sepe casum contrafecerit, leuiter semel in pane et aqua in terra in Refectorio.

*§. 5.
Causa rubea cella in obsequio.*

Frater extra Cellam suam existens licentiam ualeat dare alteri Fratri, ut Cellam suam aliqua honesta causa ingrediatur.

*6.
Fr. in alio fr. licentiam dant alia in causa.*

Et ne contingat aliquid a secularibus asportari de Cellis, qui plerumq; Curiosi per Monasterium et Dormitorium uagantur: mandamus, ut serratura, que clauibus communibus aperiantur, ostijs cellarum apponatur.

*7.
Conclusio feris muni: in curia.*

Claves ad Capsas, seu scabella, seu uilibet nullus ex Fratribus habeat sine licentia, prater Priorem Clausuralem: cui tantum concedimus, ut ad scabellum seu Capsam serraturam applicare possit, que clauis aperiantur, consignando alteram similem clauem Prelato, intra octo dies ab officialium publicatione. Qui si contra fecerit, dicat intra octo dies totum ex ordine Monasterium. Alij autem arbitrarie puniantur.

*8.
Nec aliqd feris feris matris habent extra Priori.*

Ordinamus praterea, quantum fieri potest, ne Confessiones secularium in Dormitorio audiantur a quocumq;, cum exinde alij percurbentur.

*9.
Priore hic et aliorum punitio per Confessiones secularium in Dormitorio si audiuntur.*

*Dormitorium sine
amictu sicut dicitur.*
§. 10. **S**ilentium continuum in Dormitorio ab omnibus
seruetur, nisi aliquis breuiter aliquid uoluerit
et submissa uoce dicere.

*Confessione in eo
sicut dicitur.*
11. **P**relati et seniores Fratrum Confessiones ibi
audire, eosq; submissa uoce exhorari possunt.

*Tractus y ibi
et cetera.*
12. **F**ratres incedentes per Dormitorium quieti
et leni passo pergant, et in curiis sic mode-
rate et sine strepitu ibidem se habeant, ut
alios non inquietent.

*Et in aliis habitatio-
nibus eorum.*
13. **S**ingulis hebdomadis Dormitorium cum Cellis
propter immundicias scopemur a Fratribus.

*Candela in eo
incurritur a completorio.*
14. **CANDELA** sive Lucerna uel lampas,
que accendatur a Sacerdote tali hora, quod
Fratres exiunt a Completorio semper hinc
reperiant in Dormitorio, et ardeat tota No-
cte usq; ad diem.

*Nemo hinc laborat
in illa.*
15. **IN EADEM CELLA** id est, in Dormitorio
eodem, aliis nunquam aliquis Fratrum lu-
men portare praesumat, propter frequentiam
inde factorum incendiorum, et alia pericula.
Pena huius.
Si quis uero contra fecerit, dicat suam culpam
in capitulo grauius puniendus.

Qui dormiunt.
16. **VESTITUS DORMIANT** id est Indusio, scapulari
simplici, et cingulo seu fascia cinchi.

De Excommunicatione
Culparum. Cap. 23.

Qualis debeat esse modus
Excommunicationis. Cap. 24.

De grauioribus Culpis. Cap. 25.

GRAVIORIS CVLPAE) Grandem adhibeant
& Abbates et alij Superiores discretionem
& curam, quid in quemvis Fratrum pro clame-
tur aut deferatur, ne habita persona, loci, tem-
poris, circumstantiarum, cause, diligenti considé-
ratione, prater aut ultra debitum quisquam
ab eis condemnetur.

§. i.
*Quo de iurisdictione p[ro]p[ri]a
suj. iurisdictione circa
auctoritates in ff.*

Pro negligentia vel culpa leuiori iniungi
potest aliqua oratio, humilis ad terram pro
fratio, sub Elevatione sacra, vel Pater noster
in Vesperis et Matutinis, prostratio ad pedes
Fratrum, ut pro se orent, subtractio alicuius
cibi vel potus, comestatio in terra. Pro gra-
uioribus autem, maxime si rebellio coneur-
rat, ut si quis Priori contradixerit, vel hoc quod
sibi iniungitur, et si verbis non contradicat,
agere tamen dedignatur, et qui in minoribus

2.
Locus prostratio

Sape correptus, ea corrigere non vult, auior poena, aut Excommunicatio minor, vel verbera adhiberi possunt.

3. *Abolus perianim
in p[ro]p[ri]as*

Quos Dei merus et uicinis amor a malo non renouat, eos poena merus coereere debet; Ideo si quis in delictum, vel transgressionem incidit, poenitentia publica et poenali, ut pote Confessione in terra in Refectorio: Si Secretum est, secreto quoque poeniteat, ea poenitentia in aliam commutata. Si uero manifestum delictum, aut transgressio ipsa fuerit publica, publice etiam poenitentiam faciat. Quod si facere neglexerit, aut recusauerit, a nemine, ut supra, dispensari ualeat. Et si intra triduum publice non poenituerit, pro huiusmodi contemptu bis eandem poenitentiam facere teneatur. Si uero intra aliud triduum sequens proteruè et pertinaciter distulerit, eandem poenitentiam etiam tertio cogatur iterare. Demum, si alijs adhuc tribus diebus animo perstiterit indurato, statim tanquam incorrigibilis, obstinatus, rebellis, et contemptor 5 Regule Custodie mancipetur, donec resipuerit, et poenitentiam praedictam toties,

quoties eam ut supra, distulerat, vel recusauerat
facere promiserit.

Lapsus in Crimen; ut pote adulterium, furtum § 4
sacrilegium &c. vel fugitivus effectus, quod preceat De lapsu in Crimē
Deus, attendat ea, que inferius in Cereemoniali fol. 48. 49.
nostro de poenitentia lenioris vel gravioris
culpa constituta reperimur et ipsdem pro ut
a' Prelato suo iussus fuerit, se conformare,
non renuat.

De ijs qui sine iussione Abbatis
inunguntur Excommunicatis.

Cap. 26.

Qualiter debeat esse sollicitus
Abbas circa Excommunicatos.

Cap. 27.

De ijs qui saepius correpti non
emendantur.

Cap. 28.

UTATUR FERRO ABSCISSIONIS. Hic modus
abscissionis videtur renovatus per Cap. fina
Le extra de Regularib. et transuentibus
ad Religionem; ubi expresse habetur fugiti

§. i.

De incommodis
& fugitiis

fugitivos requirendos esse, et in Carcerem de-
 tradendos, si opus est, cui etiam suffragatur tri-
 dentina Synodus, quae praecipit eos etiam
 requiri debere, et tanquam Apostatas puni-
 ri, qui aliquam iustam causam sua fugae
 pretendentes, sine eiusdem tamen allega-
 tione et approbatione sponte discedunt,
 quod nos quoque servari volumus, districtè
 praecipientes omnibus Monasteriorum Prae-
 latis, ut in singulis Monasterijs habeant loca
 custodia sana, et solida, in quae huiusmodi
 fugitivi et incorrigibiles recludantur.

Incorrigibiles et
 fugitivi praesentia.

§. 2.

Qui si biennium steterint extra Monasterium
 sua Professionis, et postea fugerint, requiran-
 tur à Praelatis Monasteriorum, unde fugerint
 si tamen ibi item per biennium steterint, et
 non aliter. Nam si per multa vagati essent,
 et ab uno in quo per biennium non steterint,
 aufugerint, non obstante, quod plus biennio
 a sua Professionis Monasterio absuissent, de-
 bent nihilominus requiri à Praelatis Monaste-
 riorum unde sunt professi, sicut si ante ex-
 pletum biennium post discessum à praefato
 suo Monasterio aufugissent. Tunc enim debet
 ipsum sua Professionis Monasterium tales re-

requirere, ut in posterum cautior adhibeatur
cura in talibus ad professionem recipiendis.

Et quoniam ubi maior subest culpa, & §. 3.
gravius scandalum, ibi sollicitior debet esse ^{ad faciendum} cura; ideo declarando ordinamus, ut fugi- ^{siquis alius crimis}
tini, qui praeter fugam aliquid notabile ^{pertraxerit}
furto abduerint, aliudue flagitium perpetra-
uerint, sive ante, sive post fugam, aut vitiose
uixerint, omnino non negligantur; sed dili-
genius, non parcendo laboribus et expensis
requirantur, etiam (si aliter fieri non po-
tes) auxilio brachij secularis implorato, et ad
monasterium reducantur in custodiam retru-
dendi, donec per Capitulum PP. um. seu ae-
nerale, quid de ipsis agi debeat, disponatur.

Fratres nostri Laici, Commisi uel Conari 4.
(Conuersos enim amplius non admittimus) ^{Para Laicorum ff}
in corrigibiles eo modo, quo recipiuntur, ex ^{in corrigibiles}
pelli possunt, sublata eis omni spe receptio-
nis. Et si quis eorum post promissam stabilita-
tem ultionis aut scandalosus reperitus fuerit,
seruetur circa eum forma Regulae, secundum
meritum, usque ad exclusionem inclusive.

ad quam tamen volumus quemquam Prelatorum
procedere nisi seruari, quae infra in Coeremo-
njs nostris de susceptione eorum statuimus, si-
licet cum consensu omnium Seniorum, aut dua-
rum partium Conuentus, si illi non conuenerint

§. 5. cum huiusmodi quodammodo
Et nulla ratione permittantur fratres, cum
sic expulsis, licentiatis, aut fugitiuis commercium
habere, aut conuersationem ullo modo.

Si debeant iterum recipi fratres
exeuntes de Monasterio.

Caput. 29.

§. 1. qui infra quodammodo
PROPRIO VITIO) Quia ut plurimum ui-
demus experientia docti, Fratres nostros a
nobis non recedere, nisi diabolica sug-
gestionem seductos, ideo declaramus, illos que
que proprio uitio egredi, qui accepta licen-
tia transcendendi ad arctiorem Religionem eius-
dem nostre Regule, eam non seruant, sed
uagantur.

2. fugitiuorum quodammodo
Ut autem de omnibus circa Aarauam leg-
non recedendo a s. Canonibus, j.º ordinamus
quod si fugitiui sponte ad Monasterium re-
dierint, omnes quidem suscipiantur, sed ita
ut quod Dominus iubet, pro mensura peccati

sil et plagarum modus.

Quicumq; igitur intra dies s. ad monasteria §. 3.
 fuerim reversi, arbitrio Prælatorum, non per *Stichh. hyl. p. 161.*
 Carcerem pro sola fuga puniantur. Trans. *Fugitivos.*
 actis autem quinque diebus, Carceri manei-
 pentur. Quod si ultra dies 30. redire distu-
 lerit, tum iuxta S. P. N. Benedicti Regulam
 in ultimo loco, et in carcere recipiatur. Si
 autem per integrum annum a Congregatione
 eos absuisse contigerit, præterquam quod præ-
 didis omnibus poenis subiacebunt, in nullo
 insuper Monasterio inconsulto Capitulo & Præ-
 latorum suscipi possunt.

Moderanda tamen sunt Carcerum loca ne 4.
 ualerudini nimium noceant, et non tam facile *de Carcer.*
 aliquis puniatur carcere.

Præter hæc, si fugitivus habitum dimiserit, *De Habit.*
 ut Apostata, iuxta sacros Canones, puniatur.
 Si autem alia quavis præter fugam animad-
 uertenda, tam in Congregatione, quam extra *De alijs hyl. p. 161.*
 perpetrarit exatissimam omnium reddat in *si fuga admissa.*
 iudicio rationem, poenas debitas receperunt,
 æque ac si minime auferisset.

§. 6. *De remissionibus* Quibus omnibus ritè peractis, et in acta re-
perantur laxis, si digna deinde poenitentiae opera fe-
merito cerint, laudabiliter in Congregatione viven-
 do, poterunt consentiente R. O. Praetorum
 annali Capitulo, munerum Congregationis
 omnium, pro subsequendum temporum ra-
 tione, esse capaces, si trinas visitatorum
 approbationes in singulis triennijs obtinuerint
 ut scilicet post primum reversionis pro trien-
 nium, subdiaconorum gaudeant dignitate, post
 secundum, Diaconorum, post 3.^{um} Sacerdotum,
 ac deinceps etiam ad quascumq; fuerint digni-
 tates per ordinem idonei indicati.

7. *Littera In fugi-
 tium.* Ut autem fugitivi et suspecti a non suspectis
 nec fugitivis dignoscantur; ordinamus, quod
 Fratres cuiuscumq; dignitatis aut conditionis
 fuerint, qui quacumq; de causa a suis Mona-
 sterijs ad alia loca pergant, secum deferant
 litteras Superiorum suorum, cum expresse no-
 mine locorum, subscriptas, aut sigillo muni-
 tas: secus ubicumq; fuerint inventi, tanquam
 fugitivi custodia mancipentur, a quibuscumq;
 Praetis, aut Superioribus Monasteriorum nostrorum.
8. Si autem predicti fugitivi, et licentia aut
 expulsi extra Congregationem nostram finierint

uiram, nullatenus ad sepulturam fratrum nostrorum
recipiantur, sed in secularium Cimiterijs tumulentur.
Si uero laudabilem uiram auerimus, cum consensu
maioris partis conventus recipi poterunt.

sepultura
fugitiuum

Admoncantur etiam PP. Monasteriorum nostro-
rum, de Fratribus fugitiuis expulsi, et licentia
tis a Superioribus Monasteriorum, a quibus re-
cedunt, quemadmodum fit de Fratribus defun-
ctis, ut ab omnibus uitari possint.

§. 9.
Denuntiandi
inftar mortuorum

De pueris minori etate qualiter
corripiantur. Cap. 30.

OMNIS AETAS VEL INTELLECTUS
Quoniam sacrosanctum Conc. Trident. tempus
emittenda professionis praescribit, expleto scilicet
etatis anno 16 eius uestigijs nos quoque firmiores
inherentes, declaramus nullum Nouitium post
hac ad probationem recipiendum esse, qui
non expleuerit 16^m annum.

§. i.

Tempus Professionis
edocenda.

in Tempore Nunciatus
habetur.

Circa uero adulescentiores Fratres, quia ex
perientia didicimus, quosdam ex his incurabi-
les aegritudines inuenisse, ob nimias austeritates;
Hortamur Superiores et PP. Monasteriorum nostre
Congregationis, ut in ieiunijs et vigilijs Regularibus

§. 2.

Laxius in ieiunijs
laxius et vigilijs
laxius.

erga huiusmodi adolescentes pius et dicitur
credum habeant in unum, quatenus in cali-
diori aetate regularis vite observationem
propensiori fructu valeant observare.

§. 3.

*Seniores 17. 1799 ad
actuale Sauroborium
sub cura Magi Novati
1792.*

Mandamus item, ut Juniores Fratres sub
cura Magistri Monasterii instituendi re-
linguant, nec amoveant nisi aliqua coacti
necessitate, et nisi interea ad studia mit-
tantur, qui tamen reversi, a disciplina et
censura illorum, non nisi per actuale sacer-
dotium omnino liberati agnoscantur, et multi-
minus illi, qui domi relinquuntur.

**De Cellerario Monasterii
qualis sit. Cap. 27.**

*qui eligendus
& qualis.*

ESS ETUR. A Prelato sibi de Concilio
Seniorum, Paribus proponendus. Sit autem vir
omnino moribus gravis et probatus.

*non se immergatur
temporalibus
38
87
dormiat in dormitorio*

ANIMAM SVAM CVSTODIAT. Cellerarij
non se immergatur temporalibus, quin
vacent spiritualibus, sed se fruantur per bona
temporalia, ne amittant aeterna. Et ut facili-
tatis spiritualibus, experienter vacare possint, volumus
omnino ut in dormitorio dormiant, negotia
tamen sua in cellaria exerceant.

INFIRMORVM ET PAPPERVM) Hanc partem Regulae cum omni diligentia et timore dei servet Cellerarius, et praecipue in absentia Praelati, sciens secundam Regulam, quod de omnibus est in die iudicii redditurus Domino rationem.

§. 13.
Quo ei vel minus mi
amli eo debet.

NIHIL NEGLIGENDVM DVCAIT) Quilibet Cellerarius sine iussione et Consensu Domini Praelati nihil recipiat, aut si quid cum consensu Praelati acceperit, singulis hebdomadibus, aut ad minimum singulis mensibus rationem Praelato reddat, ne per liberam aliqualem administrationem Cellerario ansa porrigatur, sese ulterius temporalibus immiscendi, et Monasterio suo damna quadam inferendi, id quod iam saepius quodam Monasteriorum nostrorum sunt experia, dum simplices huiusmodi nostri Cellerarii perceptis pecunijs induiti, malentorum Mandamentis induiti, liberalissime quavis expenderunt, seque ipsos in animae corporisque periculum coniecerunt. Quapropter etiam ordinamus, quod temporalia Monasteriorum negotia, per seculares oeconomos nostros iurato potius, quam per Monachos tractentur: praesertim in emendis et vendendis rebus, quae quotidiano usui sunt necessariae. Quando vero Cellerarium equitare contingat,

4
Nil recipiat sine iussu
Abbatij.

quod ei ratio reddat
et cur.

Cur seculares oeconomos
sunt affert.

Quo eis officio.

nullo modo solus vadat, sed saltem cum socio
famulo semper existat, praecipue si pedester
iter faciat.

De Ferramentis vel rebus
Monasterij. Cap. 32.

§. i.

*Inventaria ab
omnibus officialibus
facienda.*

SUBSTANTIAE MONASTERIJ. Quilibet
Officialis intra mensem a die publicationis
suae faciat Inventarium de rebus Monasterij
quae pertinent ad suum officium, et Praeterea
habeat apud se Inventarium Universale om-
nium rerum, tam mobilium, quam immobilium
Monasterij, ne perdamur; Quod etiam omni-
no visitatoribus exhibearur.

2.

Librorum notatio.

Omnes vero libri Monasteriorum nostrorum
notentur in Inventario, scribendo in eis nomen
Congregationis ac Monasterij cuius sunt, nec
non numerum videlicet librorum eiusdem
Monasterij per ordinem.

3.

*De usibus divinis
ut dicatur.*

Tapetia vero Ecclesiarum et ornamenta
divino cultui dicata, quia non sunt amplius
ad humanos usus transferenda, deinceps
secularibus non accommodentur; nisi forte
immineret periculum gravioris scandali, quo
casu habita discretionem personarum et tem-

temporum, Prælati prudenter providere possint.

CONSIGNET CVSTODIENDA Diligenti cura faciant PP hoc Capitulum observari, ut sollicitè custodiantur et conserventur omnia bona mobilia Monasteriorum. *§. 4. Bona Monachi cum aut bona servanda.*

Sane cum Privilegia ipsa Monasteriorum multis magnisq; sumptibus ac difficultatibus *§. Car privilegia summa cura servanda.* petata sint, summa diligentia et custodia observari, et duplicatis vel triplicatis Authenticis Copijs haberi, et in diversis Monasteriis seu alijs locis tutissimis mandamus.

Si quid Monachi proprium habere debeant. Cap. 33.

RADICITVS. Intencio Regula, Quod non solum in exterioribus amputanda sint proprietates; sed quando etiam Prælati perpendit aliquam rem nimio affectu possideri, ita ut forte frater resisteret, si illam ab ipso auferri convingeret: Propterea Prælati et Patres caveant, ne aliquid concedant alicui ad usum in vita eius: quia talis concessio valde proprietati similis est, sed concedant usq; ad beneplacitum Superioris. *§. 1. Omnis privilegia observanda.*

§. 2.
Dilucto summi
paragraphe

Tali quoque modo prohibentur possideri vel haberi in Cellis imagines, Rosaria, uestes non necessariae, in duplo, triplone, pallia, tunicae, ocreae, libri superflui et alia huiusmodi mobilia, quae continuo suis locis ad Communitatem referenda sunt, et ab eadem, si necesse est, requirenda. Similis ratio sit quoque circa uestes lineas, utensilia, lectibernia, vitas, sudariola: ☉.

3.
Dignitas circa
exemplis

Ita potest
etiam

Prohibemus etiam ne quis calicem, Missale, pallam, velum, Corporale sic sibi appropriet, ut quasi solus illo velit uti, et multo minus Candelas, et alia ornamenta Templi, et in Refectorio, quamvis circa cochlearia, Cantharos, aliaque utensilia par ratio esset, et quilibet, quod in loco sua sessionis positum inueniret illo contentari deberet, quorundam tamen infirmitatem attendentes, permittimus, ut Fratres ad usum quasi proprium, Cantharos, Cylindros, Scyphos, Cochlearia: ☉. et per hebdomadam mappulas habere possint.

4.
Eiusdem et huiusmodi
multis prohibetur

Inhibemus insuper, ne qualibet res inuicem emant, aut vendant. Contra facientes, rebus et pecunijs illioco priuenter, comedantque in terra in Refectorio in pane et aqua pro qualibet vice.

Ordinamus deniq; et precipimus, quod nullus in
 Monasterijs nostris profectus in Monasterio, praeter
 Cellerarium audeat tenere vel expendere pecu-
 nias sine licentia Praelati sui, sed pecuniam
 ad se undecumq; perueniendam statim deferat
 Praelato suo, huiusmodi enim licentiam tenendi
 pecunias non possunt Praelati Monachis conce-
 dere sub poena privationis, si conceperint sicut
 in Ceremoniali nostro ad calcem plenius edo-
 cetur. Quapropter nec Cellerario ultra ne-
 cessarium quotidianum usum, et reddenda
 hebdomadarum inde rationis severam obligatio-
 nem aliquid concedendum est. Horum autem
 transgressores tanquam proprietarii pro qualita-
 te Culpa, severissime sunt plectendi.

5-5.
 Nemo libet pecunias
 pro Cellerario.

Agitatio pecuniae
 a Cellerario habere.

Permittimus tamen Fratribus nostris habere
 Breviaria et Diurnalia cum licentia suorum
 Praelatorum, et pro usu suo tenere, etiamsi missi
 fuerint ad alia loca Congregationis nostrae re-
 stituenda nihilominus cum alijs libris post usum
 eorum, vel decessum, vel mortem, illi Monasterio cui
 inscripta sunt.

6.
 Quae mittuntur pro usu.

Et ne oriantur lites, cum quis ex Fratribus Mo-
 neretur extra professionis suae Monasterium tam
 super libris, quam alijs rebus, ad eas tollendum
 seu praevenendum. Ordinamus, quod tam libri

7.
 cuius horum pro
 bona sui extra
 sua Professione
 Monasterii monachi.

non signari, quam alia omnia que reperta fue-
runt apud quemvis nostrae Congregationis Praetorem
Monachumve, seu Fratrem Laicum defunctum
intelligantur eius esse Monasterij, in quo professus
est, donec a Capitulo nostro annali aliter conti-
teatur, nisi forte ante mortem alicui coram testi-
bus dixisset, hanc vel illam rem esse huius vel
illius Monasterij: propter quod etiam in ipsius
Breviarijs et alijs libris scribi mandamus
nomen Monasterij, ubi acquinta fuerint, et
nomen Congregationis nostrae.

*Expositio libro
Capituli.*

Si omnes aequaliter necessaria
accipere debeant. Cap. 34.

De Septimanarijs Coquina Cap. 35.

NULLVS EXCVSETVR scilicet a Lectore
et ministerio mensae, praeter Priorem Claustralem
nisi propter humilitatem et alijs in exemplum
legere velit.

*Des legat & miter
1700 Prior Budnon*

*59
quid bibere sine signa*

SINGVLOS BIBERE. Intra de Hebdomadarij
lectore dicit Mixtum, quod intelligimus tantum
vini, quantum capere potest unus scyphus cum
quo in Refectorio bibitur, et circa uncias duas
panis sine vel cum eodem tinctorio vino, pro quo
nos insuetum sine offam concedimus.

3. Quod vero dicitur de Hebdomadarij coquina

idem de omnibus officialibus, qui in suis officijs occupati, nequeunt prima mensa interesse dicitur In primis vero de precepto, fieri potest cum licentia Superioris

*Mensa quae dabitur in
reuerentis Ecclesie*

Ad utramq[ue] refectorem cum comminibus, si ha-
buerit, mensa preparari, expandens de super ex
more mensalia, et mappulas superponens, culler
los, incisoria, salinaria, cochlearia, fycphas
et Cantharos, et panes iuxta numerum Fratrum
reficere debentium, et aquam ad manus lauandum.

§ 4.
Officia Seruitorum

Si duo dies fuerint ministri unus a Preidente,
alius a Priore post illum incipiat, et uterq[ue] per
laterum suum administrat, ut ambo latera simul
expediantur, qui ordo in remouendis uerum
scutellis et uasis obseruetur. Tamen qui Prae-
sidentis administrat, id solum quod ei apponendu
est, deferre debet, et utraq[ue] manu. Ceteri uero
deferens, plures simul apportare potest, et uerum
aufere, quod etiam fiet, si plures in principalio,
si mensa sederint.

§ 5.
*Uterq[ue] ministrare
ministeria que.*

*Qui Praesidentis appo-
nendi debet.*

EGRESSVS De ministerio uasa, pannos,
utensilia seruicij sui omnia Sabbatho lauare
curet, scopari Refectorium, et loca ministerij
congrua. Et si quidpiam negligentia sua

6.
Expressum uenia.

distractum aut contrarium fuerit, indicet Cellerario
et in Capitulo suam culpam dicat.

§. 7.
Ministrans & Tunc
subdomina

MINISTRANS Dominico die incipiendo expleat
hebdomadam totam, nisi infirmitate uel alia
causa se abirentare cogatur, ^{utens} ~~utens~~ scapulari
et succindorio lineo albo, indigens solatio petat
a Priore, et Juniores seu Novitij ab eo requi-
siti adiuuent.

8.
Inquisitione et explicatione
prohibetur quod si dicitur hic

PROVOLVATUR Declaramus, quod egrediens
de septimana, Dominica die finito Maritino, Ber-
genibus flexis ante Analogium, et dicat ter ver-
sum. Benedictus es Domine Deus: et quo
tertio a Choro repetito, Superior dicat uersus
Saluum fac seruum tuum, sicuti in talium
Ceremoniarum particulari libro notatum est.
Post haec Alim, qui ingreditur, dicat simili modo
ter Deus in adiutorium meum intende:

Deum ad adiuvandum me festina. Quo tertio re-
petito a Choro, Superior subiungat uersus, Sal-
uum fac seruum tuum, sicuti notata sunt, ut supra.

De infirmis Fratribus.

Capit. 36.

§. 1.
Vbi et qui Fratrandi
infirmi.

SIT CELLA PER SE DEPVATA Vol-
luntus in quantum fieri potest, ut quilibet infir-
mus habeat lectum separatum, et Cella in In-
firmario, seu domo ad id singulariter deputata.

et his necessitatibus sufficienter instructa, ac se-
 parata, nec ulli omnino labori ulliq; impensa
 parcat, ut Infirmis necessaria obsequia,
 tum spiritualia tum corporalia non desint.
 Quod presertim attendatur in Monasterijs,
 que sunt extra Ciuitates, in quibus non
 que facile et commode possunt Infirmis ne-
 cessaria exhiberi, tam respectu medicorum,
 quam aliarum rerum requisitarum. Provideat
 igitur Prelati talium monasteriorum, ut sine ipsis
 infirmos in ipsis monasterijs, siue in ciuitate
 curandos duxerint, nulla omnino se indigeant,
 que ad salutem tam corporis quam anima
 non solum necessaria, sed etiam condescens
 tantum fuerit, in quo si de negligentia fuerint
 conuicti, puniantur sine misericordia, quam
 ipsi quoq; exhibere noluerint, maxime ea indi-
 gentibus Infirmis.

Esus tamen Carnium, in diebus Veneris ac
 Sabbathi, ac alijs ab Ecclesia prohibitis non
 concedatur, nisi Infirmis in lecto decumben-
 tibus, et tunc etiam consilio utriusq; medici
 Corporalis scilicet et spiritualis adhibito.

Ordinamus etiam, quod nullus Fratrum lo-
 quatur cum medico, aut ab eo petat consilium

§. 2.
De usu Carnium.

3.
De consilio cum medico.

Dea transgressio.

sine licentia Superioris, nec portionem aliquam
uel pillulas custodia egentes, sine licentia spe-
ciali, medici capiat; In utroque autem predictorum
casuum, qui contra fecerit, dicat ter Psalmos
poenitentiales cum litanis.

§ 4

Quae officina de Malicia

*Quae vel p[ro]p[ri]a aut infirmis
h[ab]entur.*

De quibus infirmis

de p[ro]p[ri]a

*Lex Infirmary et Infirmi
de p[ro]p[ri]a*

Infirmarij officina

Moneatur plane medicus quod audita diti-
genter morbi qualitate ab infirmo, remedia
medicinas, ac ubi modum non infirmo, sed
infirmario notificet. Ad mensam si plures sunt
infirmi, cum modestia sedent, et aliquid in
principio refestionis saltem legatur. Nec bis
in diebus prohibitis carnes comedant, nisi de
consensu medicorum, quibus etiam sufficere
credimus uncias octo pro qualibet persona.

Sint infirmi obediens infirmariis suis, et contra
infirmarij sint discreti et compatiens infirmis suis,
in tangendo autem corpora nuda infirmorum
sint valde cauti infirmarij et servitores, ut nisi
fradente necessitate id faciant, et cum omni honestate.

Infirmarium misericordem et compatiens
esse concedet, et in visitatione eorum sedulum ac
pequentem, ut non negligantur infirmi a seruito-
ribus, procuratq[ue] eis necessaria de coquina, de cel-
laris, pro sua et monasterij possibilitate, vade

51
et pro utilitate ac necessitate infirmorum cum eis loqui permittitur, caute tamen, quia temporibus, quibus nos nunquam oportet servare silentium, cum eisdem sobrie et parie loquatur, et cum quibus prior non necessarium loqui indicaverit, penitus faciat, excepto necessitatis casu.

Infirmis provideat Infirmarius de libris et expeditis suas horas legere poniat, legat cum eis horas, vel coram eis lectionem aliquam sacram quando ppus esse viderit, referens temperate libros ad Bibliothecam, vel Ecclesiam inde propterea sublatis.

In Capitulo quoties desideraverint veniam pro eis petat, eorum Fratrum orationibus commendet, vicissim illis referens, si quid in eos prodatum sit, vel generaliter aliquid cunctis in iunctum fuerit, potest eorum gratia, si necessitas exigat absentare se ab opere Dei, et conventui ingredi pro rebus eorum officinas, Coquinamque purgare ipsorum vestimenta, lavare pedes cum sicut Prioris, preparare balnea vasag ad illa sicut et ad minutionem Fratrum pertinentia preparata in promptu habere, et si quis non diutius in Infirmario permanendi necessitatem habet, illud vel Abbati, vel Priori insinuare.

7. Infirmis horis privatis
non memorabile.

8. Infirmarii alia officia.

52
§. 9.
Officia Infirmorum
spiritibus.

Omnia sollicitus sit, ne in Confessione, oratione, et Communione, ephema ratione, negligantur Infirmi, disponere debet locum, et parare ad hoc necessaria, et si in epitu videtur esse aliquis, tabulam ihibus ferire, in claustris, si non est, lumen propter illa accendere, mundare cum adiundis Corpus de ferri, illud in feretrum collocare.

10.
De Balnearum usu.

De Tonura
De barba plera non mori
inde.

De balneis quorundam

Balnearum usus. Intelligimus de balneis quae sunt in Monasterijs, quorum usus quater in anno singulis Fratribus conceditur. Infirmis vero seu specialiter indigentibus fiat quoties opus, iuxta Regulam. Tonura vero fiat singulis mensibus; attamen barbam proliquam nemo nutriat; ad balnea vero, quae sunt extra Monasterium, propter periculum animarum, nemo accedere praesumat, nisi licentia specialiter Superiorum; attamen si quis talibus indigerit, consulat Praeceptorum medicum, et si alijs remedijs Infirmo subueniri non poterit, hortetur ut faciat; Quod si medicus eidem Fratri usum balnearum omnino necessarium esse duxerit, tunc Fratri indigentij a Monasterio non ita provideatur, quod non cogatur mendicare.

11. Nec pecunias pro expensis balnearum sibi

creditas aliter expendere praesumant, rectoq;
itinere vadant et reuertantur, nullo pacto uar-
gantes, aut ad alia loca diuertentes; contra
facientes, dicant Psalterium ex integro, ulterius
arbitrio Superioris grauiter puniendi.

De Scribis vel Infantibus.

Cap. 37.

DISTRICATIO Non aequalis omnibus haec
relaxatio sit, sed secundum mensuram aetatis ac
uirtutis moderata, ut sicut planta, quo iuniores
fuerint, frequentioribus et laucioribus reficiantur,
et aetatis adolescentioris robore proficientes pau-
latim parsimonia et abstinentie secundum poe-
tae dogorum et Magistrorum discretionem afues-
cant, et alijs regularibus Exercitijs, ne postquam
adoleuerint, eis ista districcio ex haec uideatur.

S. j.
*quibus haec relaxatio
habenda.*

*Relaxatio iuniorum ad
modum dicitur.*

Quia senes et decrepiti uiribus alij fortiores,
alij imbecilliores sunt, et hi quorum imbecillitas
manifesta fuerit, ad praeueniendum Canonicae
refectionis horae cogendi sunt; alij autem minime,
si ad hoc tamen sua sponte descenderint con-
descendat eis etiam Abbas, prout penitentibus
eorum uiribus, et circumstantia temporum, an
mane, meridie, uesperis, uel quoties uiderit eis
expedire, sic pro eis ordinet.

2
*senes qui inuicem
circa dicitur.*

54
§. 3.
Quoniam cibus et potus
prohibentur

Mensura refectiois puerorum pro tota die non excedat mensuram cibi, quam percipit frater iam adultus, et non fortis, sed tenuis concedatur eis potus

4.
Quoniam corripit

Licet pueri sollicitè ubiq; obseruandi sint et si insoleant, uerbis corripienti, aut Priori, aut Magistro ipsorum deferendi, à nemine tamen uapuleat, nisi quibus id Abbas specialiter commiserit.

5.
No sacerdotum
ordo seruetur

Si adolescentes suscipiantur ad professionem non stent, sed eant inter Sacerdotes, uel Conuentuales Ordines habentes, sed in subcellis Chori inferioribus, alijsue locis eis deputatis manent et obseruent, ubicunq; sunt mas Ordines, quamdiu sub Magistrali disciplina fuerint, à qua ante sacerdotium non facile liberentur

De Hebdomadario Lectore
Cap. 38.

§. 1.
Hic et mensis

MENSIS) Etiam mensa secunda sua non desit lectio, per quoscunq; fiat.

2.
Quibus ordo seruetur
in lectionibus sine mensa

LECTIO DEESSE) In lectionibus prima mensa hic ordo seruetur; Si dies illa propria habuerit Euangelium eius homilia legatur, uel

aliquis sermo super illud, iuxta dispositionem Superioris. Sin alias, semper aliqua lectio Biblica primo ponatur, postea passiones Sanctorum, uel alij auctores accommodati, ac tandem circa finem correctionis aliquid in Vulgari legatur; ut Fratres Laici Grammaticam ignorantes, aliquid unde adificentur, habeant et spiritualiter pacantur. Et specialiter Vesperij non omitatur lectio Martyrologij, et Regula in Vulgari, qua legenda fuerit sequenti die in Capitulo, cum tota, integra declaratione sua, qua etiam ad secundam mensam reperatur, omnia tamen pro Superiorum discretionem.

Vesperij lectio Martyrologij
Regula et Regula prima
ni. e.

Inter legendum Lector accommodet aurem Presidenti, aut alteri qui ipsum corrigere habet, et se errantem humiliter corrigat, et si emendantem non intellexerit, repetat lectio-
tates, quoties ille signum dederit, legat autem nec nimium attendendo uocem, nec nimium subtrahendo, et subinde paululum respicendo, donec signo dato desinat legere, signans cessationis locum et continuo descendens.

3.
Lectoris leges.

ET COMMUNIONEM) Et eo, quod hic B. P. noster Benedictus dicit, et infra in eodem Capitulo

4.

*Fr. qui dicitur
Rubi communicat*

ibi propter s. Communionem, ostenditur quod quo-
libet Dominico die Fratres communicabant; Quod
ut fiat, hortamur, praesertim Quadragesimali,
et Adventu Dñi tempore et in festis praecipuis,
à Laicis Fratribus, et famulis nostris, quia de
fratribus monachis hebdomadatim communicandi
superius ordinatum est.

§. 5

*Sacerdos nunciat
atque nunciat, solum
applicet utroque humero*

Si quando autem Sacerdotes propter infirmitate
aut in die Cence Dñi, aut in aliqua ex causa
non celebrant, communicare contigerit, iuxta de-
cretum SS. Patrum, Orarium semper sive stolan
super ambos humeros habeant, sicut quando
celebrant.

6.

*reposita sibi
sua missa*

Fiat autem dicta Communio statim post com-
munionem Sacerdotis, et Sacramentum statim
post Communionem reponetur in locum suum, an-
tequam missa finitur: Convenienter tamen
erit, ut sub particula sub eadem missa con-
secrarentur quot necessaria pro communicantibus
numero fuerint.

*Semel aut
bis per
annum
non*

Et cum Fratres omnes Communicant, hortamur
quid Praelatus audiat Confessiones omnium Fratrum
non Sacerdotum, semel aut bis in anno, quando
pro seo arbitrate comodig fieri possit per-
specit. Alias in singulis Monasterijs Re

Religioni eundem Monasterij a Superioribus deputatur, quibus alij Religioni confiteri quotidie possunt, conceditur tamen extraordinarius aliquis Confessarius approbatus alicuius Ordinis Religioni saltem bis in anno.

Confessarius dicitur huiusmodi
54

Confessarius extraordinarius
non solum
et aliter

Petatur ab omnibus pro se orari. Act in medio Chori die Dominico post Missam primam genua flectis, vernus altare, et ter dicto vernus; De mine labia mea aperies. et a Choro ter repetito, Superior dicat. Saluum fac: et sicut alibi particulariter notata sunt.

8.

De Lecturis bonis
ratione

INGREDIATUR AD LEGENDUM. Facta benedictione Lectio non incipiat, nisi Fratres prius sederint ad mensam; Lectio vero brevi particula lectionis, Superior faciat signum post quod Fratres incipiant comedere, et hoc ut amina prius, quam corpus reficiatur: et in fine mensae nemo exurgat, nisi prius responso, **DEO GRATIAS**, et mensalibus sublati signo surgendi dato, gratia fiat, ut supra Cap. 16. n. 5.

9.

De primis et fine
lectionis missae

Hoc in
visitatione servatur

VICISSIM. Haec vicissitudo intelligitur, quod quilibet legat una septimana, alter alteri succedendo in hoc officio.

10.

Explicatio
vicissim

MIXTUM) Quod hic dicit mixtum, supra de Septimanarijs dicit singulos biberes et panom: quorum verborum expositionem videbiti.

De mensura cibi Caput

39.

§. I.

De namque verborum
tempore bibere in unum
mixtum.

COCTA DVO PULMENTARIA) Quia omnis cibus noster trium pulmentariorum numero in hoc Capitulo comprehensus est, conquisit et huiusmodi tria genera prater iuscula seu offas undecumq; factas, tribus distinctis ab invicem vicibus ad prandia apponantur: et in diebus Jeunij etiam quarum, si haberi poterint, non prohibentur competentibus interiectis intervallicis quatenus necessaria Fratribus succedat reficiendi mora; singulis etiam secundum ordinem in mensis regularibus sedentibus, singillatim semper sua dividenda est portio: si tamen fuerit aliquod tale, quod convenienter in plures portiones dividi nequeat, deferri licet per mentas, ut singuli iuxta suam necessitatem moderatius quid inde absumant. Neq; etiam pulmentaria predicta ad sola legumina vel alera restrinxenda sunt, sed quicquid ex his omnibus, quibus

non a prandio
necessario possit.

59.
uesci licitum est Monachis, id est piscibus, ouis lacti,
civis, et ceteris eiusmodi, eis poterit in edulium
competenter et honeste preparari. Canaves
vero communiter duobus prater offam reficimus. In
iuniorum autem Quadragesima diebus, pro
collatione vespertina unicuique portionem seu
de uino, cum pane et bellariis, si haberi possint
et extra Quadragesimam etiam caseo permittit
tenes: Neq; eos, qui paucioribus contenti esse
possunt, prohibentes.

PANIS LIBRA Cum pondus libra (ut habui
mus a Monasterio Casinensi) sit unciarum 33. et
semis, ut uix tantum panis unus prater una
die manducare possit, uolumus, ut unicuique ap-
ponatur panis, quantum satis est.

IN ARBITRIO ET POTESTATE ABBATIS
Consideratis laborem, Vigiliarum, et Orationum
quotidiana frequentia, et corporum naturali im-
becillitate, Regionum quoq; nostrarum sibi et quali-
tate, quod non omnia Monasteria nostra possint
cum eam sufficientiam habere possint, dispensamus
ut acceptis diebus ab Ecclesia prohibitis Fratres
nostri a Pascha, Septecoste usq; bis in die car-
nibus reficiantur: a Penecoste autem usq; ad

de casto.

2.

Lani magister
sancti.

3.

Quando carnis usq;
quibus.

Quinto ieiunium n.
gab. 107.

Exaltationem S Crucis, omnibus ferijs q̄tis; et
ab eodem S Crucis usq; ad Quadragesimam
etiam ferijs etis ieiunent. In Quadragesima
uero una refectione, et tenui collatione sub
vesperum contenti. Non obligamus tamen illa
Fratres ad ieiunium Regulare, quin Superior
cum eis in illo dispensare ualeat, si necessitas
tem uel causam uideat, sed et procedens in
eadem hebdomada ieiunium Ecclesia soluit
subsequens Regulare, itemq; in Regularibus ieiun
ijs ad Collationem licet adhibere Casum, et
in Adventu S̄ti subinde Coenam; In Eccle
siasticis uero neutrum.

De Casu

§. 4.
Nemo ante benedictionem
adhibere possit.

Ad ieiunium respiciendum
alio non debet.

Quo tempore

De gratia collatione
Regularium ieiunium.

Fratres appositum non attingant cibum,
priusquam percepta benedictione aliqua de
refectione, Praesidentem attingere signo per
ceperint; et cum Praesidens finire uoluerit re
fectionem, atq; refectionem, signo iterum dato,
et ledere refectionem cum Te autem conde
scende, respondeant omnes alta uoce, Deo
gratias; et parum inclinantes omnes surgant,
mentib; sicut antea ad benedictionem ante
mensam dicentes, hebdomadario inchoante, Con
fiteantur, uel Memoriam, cum Gloria, sub

subiungendo Agimus tibi gratias, seu Bene-
 dictus, et Psalmum Misere, seu alium tem-
 poris competentem; Et prout omnia plenius
 in Breviario recepto notata sunt ad cuius
 psalmi principium omnes se inclinantes ce-
 dent cum eodem psalmo binj et binj, a Junior-
 ribus incipiendo, pergentes ad Chorum, ibidem
 reliquum gratiarum actionis completuri, qui
 autem in Refectorio permanent, cum Lau-
 date Dom oēs gentes, ibidem gratias
 perficere possunt.

*de grat. ultimi vers.
notā in Refectorio.*

Durante refectioe sedentium nullus
 exeat Refectorium absq; urgente necessitate
 et nec sic quidem sine licentia, nullus inceden-
 do aut stando comedat, bibatue; Non enim
 talem habemus consuetudinem, sed sedendo
 tantum, et dum bibendum fuerit, utraq; manu
 scyphus ori decenter applicetur.

*5
Nemo exeat Refecto-
rio sine licentia.*

*Scyphus utriusq; manu
ori applicetur.*

Non fas est cuiquam Fratrum in Monastio
 epistendi alibi solitam accipere refectioem,
 quam in Comuni Refectorio, exceptis his, qui
 hanc in Infirmerio habent, aut reficiunt cum Dom
 Abbate, nisi aliquando rationali ex causa
 Abbas aut Prior aliquibus locum aliam refi-

*6
In Refectorio refi-
ciunt, si dicitur sine
licentia.*

*Hex octa Monium
nec nocturnis tem
poribus*

reficiendi indulserit. Extra vero hanc indulgentiam alibi, praesertim extra Monasterium, vel nocturno tempore manducare aut bibere crimen est, graviori poenitentia diluendum.

§. 7. In administratione necessarium rerum in hoc ex libentem et percipientem magna seruetur reverentia; et quando alicui in cibo vel potu misericordia facienda est, populus ante Praesidentem, et cum ille annuerit, presentetur indigentibus, qui oblatum gratanter percipient, surgat, ipsum reverenter tenens ante pedibus, respiciendo Praesidentem; quo annuente reponatur se fruendi accepto: si quid vero alicui deest, signo petat aut nutu, non voce.

*Quamvis percipit et il
quod dicit*

De Mensura potus Cap. 40.

§. i. HEMINAM. Quia ut ex Monasterio Casidrensi percepimus, hemina vini est multo plus, quam communis necessitati unius Monachi sufficit: ideo de vino datur vicinis quantum sufficit, ita tamen, ut iuxta Regulam sobrietas vel sobrietas non superet.

Sufficiens unius dicitur.

Quibus horis oporteat Frater reficere. Caput. 41.

A PENTECOSTE AUTEM. Quoniam cum
 Fratribus nostris, uti supra de menura cibi pro
 pter carniū comestione dispensauimus, et
 in Ieiunijs Regularibus uolentes aliquam pro
 ipsius compensationem reddere; Ordinamus, ut
 omnes Congregationis nostra Monachi et Sai
 ci fratres per totum annum omnibus diebus
 ueneris usq; ad uidecimam ab reuerentiam
 eius die, in quo Dñs ac Redemptor noster
 IESVS CHRISTVS passus est pro nobis, ieiunent
 Cui tali diei contingat solenne natalis Dñi
 festum celebrari, quo casu dispensandum est
 Tempore tamen alius ab nimis calores ad
 dantur Collationi serotine aliqui fructus, si

Quandis diebus uene
 ris usq; ad uidecimam
 B. ieiunandi.

Quod si ieiunium
 ad uidecimam
 sequatur.

AB IDIBUS SEPTEMBRIS. Intelligitur
 excludit pro ut declarabitur in Capitulo de
 opere manuum quotidiano, super uerba usq;
 ad Calendas Octabris.

2.
 In hac uita
 septembris ieiunio.

AD NONAM RESPICIANT. Cui Nonam uel
 meridies, dispensamus tamen ut in supra de
 signatis interpositis nostris ieiunij diebus eius
 alter horam uidecimam uel statim post refec
 tio prandij detur, et Collatio supradicta sero.

3.
 Quod si ieiunium
 ad uidecimam
 sequatur.

Statim post
 prandium.

serotina, hoc est cum bellarijs seu fructibz et Caseo;
praterquam si dies ieiunij incidit de precepto.

4. Et licet experientia doctj (que rerum ma-
gistra est) aperte cognoscamus, quia nimia
recreationum relaxatio potius detrahatur &
exeruet, quam recreet, et deficiendi materiam
subministrat; tamen infirmitati humana con-
descendentes, Prelatos hortamur, ut per aliquot
dies ante Adventum, itemq; per aliquot
plures ante Quadagesimam sint erga
fratres in relaxationibus aliquantulo indul-
gentiores, nimietate vitata: quatenus huius-
modi relaxatione premissa, alacris postmo-
dum atq; ferventius debitum sua servitutis
persolvant, et per Monasteria Congregationis
uniformitas observetur.

*Relaxationis ante
Adventum et quae
longiora.*

cur quibus?

5. *Tempus & officia divina
& relaxationis relaxatio
nude nudo iudicis lib-
tatis determinanda.*

CUM LUCE ETIANT OMNIA. Quia nobis
temporibz divina officia ita auda sunt, et
officiorum solemnitates, ut quando ipsae solemn-
itates occurrunt in diebz, quibz non est Ieiunium
(hyemis tempore praesertim, quo dies brevissi-
mi) non iudicamus Coenam fieri posse in luce,
atq; manifesta corporum lenone, et scandalo,
ubi Monasteria nostra habent populi con-
cursum, propterea dispenzando Ordinamus,

quod ab Abbatis pendeat arbitrio temporum no-
rum accommodatio, tam quo ad officiorum solenni-
tates, quam quoad repetitionem, habita temporum
et locorum diligentij consideratione, Nec non sal-
ua Corporum valetudine.

Vt post Completorium nemo
loquatur. Cap. 42.

MOX UT SVRREXERINT) Intellige
mox largo modo, quia plerumq; differunt per
horam vel amplius, Ne huiusmodi lectio ab
precedentem Coenam sit hodiea. Pro qua
lectioe pulsatur primum Completorium signum
et Fratres omnes in Capitulo conveniunt, ad
huiusmodi lectioem; sicut supra ad Caput Regu-
lae. 16 §. 7. fl. 18.

QUANTVM HORA PERMITTIT) Adverting
pro ut supra ordinavimus, spatia diei, quorum
quodlibet opus suum habet, quod tempus per-
mittit tantum lectioem unig hora parte quarta
et non ultra, et interdum non integre 4. ta.
parte secundum iudicium Superiorum, et
exigentiam rerum incidentium.

Vt seruari possint que saepe de tempore
ad vigiliis et Matutinis surgendi ordinata sunt,

65.

C

§. j.

Mox largo u.
mox.

13

Lectio collationis in
capitulo habenda.

2.

quāvis hoc lectio
debeat durare.

3.

Autem si ex illis post
situr.

incumbit Priori cumq; eo, uel eius loco Superiori, ubi opus habet, ut paulo post octauam reserpi omnes in hyeme extinguant luminaria, lampade alias communij contenti, et aestate ab alijs rebus ceperit, quieti lectis se componentes: Videant etiam iidem, ut nullus a Communij dormitorio et Cella abiret, alioquin in contrarium tam ille qui abfuerit, quam ipsi, qui permiserint, culpam in Capitulo coram Prelato dicentes cum pane et aqua de terra in Refectorio comesturi hanc, quobies

*Nullus a in dor-
mitorio a cella
abiret.*

*Quia abfuerit et
hoc punitentia*

S. 4.

Quia Coemonium meridianum pessimum aqne magis nocte, quam die circumit, quarens quem incautum decipiat, et ob quietis nocturna si- lencium, non raro imperfectioribus insidari solet. Ordinamus, ut si qui nocturnis horis Conuenticula inbituere, colloqui, comotare, alia magis incon- uenientia facere, aut extra Claustrum longe uel propè ad secularium loca eire presumpserit, etiamq; (quod abiret) inter eos Prior, uel alij Su- periores essent, ipso facto in Crimen se inuictis et poenitentia grauioris Culpa reos esse cognoscant, et nemine, quam a proprio Prelato, siue occulta, siue publica res sit, absoluedi.

*Incumbit a
Priori et
Superiori
ut si qui
nocturnis
horis
conuenticula
inbituere
colloqui
comotare
alia magis
inconuenientia
facere
aut extra
claustrum
longe uel
propè ad
secularium
loca eire
presumpserit
etiamq;
(quod abiret)
inter eos
Prior, uel
alij
Superiores
essent
ipso facto
in Crimen
se inuictis
et poenitentia
grauioris
Culpa reos
esse cognoscant
et nemine
quam a proprio
Prelato, siue
occulta,
siue publica
res sit,
absoluedi.*

*et hoc sub qua
causa*

S.

Dormientes uti distinctas habeant Cellas, tamen

honestati, et religiosa habitationis causa, reclami-
na circumlecti sterna habeant, accipientes lecti-
sterna secundum quod per indulgentiam nunc vel
olim secundum rigorem maiorem cum hi deputa-
bitur.

*Contine arva lectus.
quibus lecti.*

Si in aliquo Monasterio tantam per uocantis
Dei gratiam, contigeret fieri multitudinem, ut unus
locus dormitorij omnes capere non posset, ordi-
nentur, si fieri potest, et alia loca, in quorum
quotlibet sua propria lampas satum illustrare
ualens, ardeat; aut si una non sufficit, dua ac-
cendantur. Eadem de causa etiam Cellerario,
Infirmario, Custodi Templi, Hospitalario si fuerit
Religiosus, ac ceteris officialibus, qui post con-
suetam repositionis horam occupari cogentur,
locus alius ipsorum Dormitorum aptus deputari
potest.

6.

*Tempus sit in dormitorio
28 40
Officialium dormi-
torium.*

Noctu a finito Completorio semper clatum sit
Dormitorium, a nemine, cum Fratres in quiete sunt
aperiendum, nisi aliquis in officio suo, siue Com-
missio tardius occupet, quo confecto tamen sine
strepitu, cum summa ingreditur modestia, ne
aliquem turbet, aut offendant quiescentem.

7.
*Dormitorium clau-
sura.*

*Qui nocte in dormito-
rio inquitur.*

De ijs qui ad opus Dei, vel
ad mensam tarde occurrunt.

Caput. 43.

d. j.

*De sollicitudine
ad divina officia.*

AD HORAM DIVINI OFFICII.) Quam sollicitas nos velit esse ad divina officia beatissimus N. P. Benedictus, in his verbis ostendit: ideoq; aliquid strictius, prudente ratione, ab ipsa tamen Regula non discedentes, ordinandum duximus.

2.

*Agitur in sub initio
divini officii ad
orationem venientia.**Quomo modo
nisi.
23. 55.*

B.

Vt videlicet, facto primo pulso ad officium divinum a somno excitati, vel ab opere pro manibus habito separati, sese componant, ut ante, vel sub initium rati pulsi ad oratorium veniant, brevi recollectione se disponentes. Igitur relictis omnibus, que fuerint in manibus ingrediatur, solitaq; genuflexione venerabili Sacramento, inelatione profunda altari, ei prostratione in loco factis, stent versus vultibus ad altare, donec dimittatur pulsus, quo ad Superioris signo facto incipitur hora premitendum Er ar, abq; altero signo dato, Deus in adiutorium. ☩

3.

*Qui lauant facies
suo deventiones
ad horam procedunt.*

Quicumq; ad Vigiliis nocturnas post Gloria Patri Psalmi 98, Venite, aut quando dicitur officium B. MARIE Virg. post Hymnum, vel ad horam quamlibet post Gloria Psalmi illius, qui proxime post versum decantatur, occurrerit, intras venias ad gradum, ei ibidem sub verso vultu ad altare, non recedens, priusquam opus Dei finiat, nisi forsan antea eundi

in locum suum licentiam, signo aliquo (fiet autē ordinario modo) significandam consequatur.

Qui eiusmodi misericordiam experitur et ante finitum officium divinum ad nunc locum cum ire permittitur, eodem cum pervenerit, veniam petat super formam, vel super sedile et dum humilitatus se erigere vult, osculetur materiam prociectam.

3
4
Sed non dicitur qui se hoc debent in sui loci.

Quod si quis tarditatis sue excusationem habeat, subito officio afferat, sin minus ad Salve Regina in fine officij illius coram Superiore genibus flexis tamdiu maneat, quousq[ue] Superior faciat ipsi signum.

5
Sicut hinc con-
tentionis, quia 15.

Veniam super formam vel sedile, de quo supra, etiam petat in loco suo, omnis qui inchoato opere Dei occurrerit, in quolibet officio, etiam Gloria, primi Psalmi praevenerit. Et qui opere Dei inchoato operit, etiam abstantia licentia, postea reverrens similiter faciat, et se erigens, quod est petentium veniam, osculetur materiam subiectam.

6
Quia venia super formam vel sedile.

Qui ad Missam Conventualem non occurrerit, ante fine ultimi Kyrie eleison, prostrabit ad gradus, ut supra.

3
7.
Est autem Kyrie eleison veniens quia 15.

Soliciter
in me N.
g. aliquo
Regula
ficum
pro man
ante
eriant
relictis
liantur
meo in
e in loc
nec di
fado
aliter
Gloria
dicitur
vel ad
lius qui
orabit
sed vel
equam
eundi

8.8.

8. 19. 42.
 János gregorius et n.
 collectionis m. p. h. t.

Nullus absq[ue] causa praecipua, et praeserta Superioris, a Completorio se absentet, sed omnes in unum pariter compleant, et postea recollectionem suo loco facturi, et supra dictum est.

9.

Venerat q[ui]s vis
 d[omi]n[us] m[on]ach[us]

Intrantes et egradients Chorum a parte superioris id faciant, nec liceat nisi Abbat[is] inferiori uti odio.

10.

Quis d[omi]n[us] m[on]ach[us]
 h[ab]et

Præterea qui ad illam Orationem que cuilibet hora præmitti solet, præsent[er] fuerit non tenet intrare, priusquam versus cum Gloria finiatur.

11.

Homo chor[us] capite
 f[aci]t q[ui]s d[omi]n[us] m[on]ach[us]
 p[ro]p[ri]et[ar]i[us] s[ub] h[ab]et

Nullus etiam exire præsumat, dum Conventus procumbit, aut inclinatur, præterquam sub silentio Missæ, fratribus procumbentibus super formas, sed qui tunc ingreditur, permaneat in stallo vacante postremus omnium, vel ante formam donec Conventus erigatur, tunc locum suum petet.

12.

Sup[er]ior t[er]m[in]e m[on]ach[us], vel
 d[omi]n[us] m[on]ach[us] q[ui]s d[omi]n[us] m[on]ach[us]
 d[omi]n[us] m[on]ach[us] n[on] p[ro]p[ri]et[ar]i[us]
 d[omi]n[us] m[on]ach[us]

Abbas intrans Chorum vel Refectorium, si tardè eum contingat occurrere non ab id[em] poenitebit, nec etiam licentiam petet, si inde abire voluerit. Similiter Prior in Prelati absentia.

13.

Quis d[omi]n[us] m[on]ach[us]
 In p[ro]p[ri]et[ar]i[us]

Si quando Abbas, seu illo absente Prior Chorum exequio cuiquam Fratrum annuerit, ab se sequatur non habet Frater ille ab aliquo alio licentia[m] postulare; seu si vocetur a quoquam foris exiende

Si aliquis legitime occupatus non possit ire ad
Officium, Exercitia, mensam, laborem, vel quando
aliter Conuentus congregatur, excusationem suam
per se, vel per alium faciat, dicendo Superiori
causam occupationis suae.

14.

*quod si se debent
excusare*

Si vero alicui necessum sit discedere ab officio
sive ab Exercitiis, sive a Conuentu quocumque con-
gregato, per paruum temporis spatium, licentiam
a suo Superiore solo rube petat. Cui vero ne-
cesse esset discedere animo non redeundi, dicat
causam Superiori, et super hac obtineat licen-
tiam particularem.

15.

*in quibus licentia
ab obtinenda est*

in sua officio

Cum quis ingredi aut egredi Chorum uoluerit
si eo adhuc consistente in motu inchoauerit Gloria
aut aliquid huiusmodi, ad quod Conuentus inclinat
aut genuflectit, ille in eo quo deprehensus fuerit
loco, se conformare Conuentui sataget. Quod
ipsum quoque dictum sit poenitenti ad gradus.

16

*conformare eis
de honore in Choro
in quibus quibus*

*quod fuerit poenitens
ad gradus*

Quod si quis de Choro uno ad alium transierit
circa medium vtriusq. scilicet Eucharistia, alta
rig solibus reuerentijs factis, cum grauitate id
faciat.

17.

*conueniens offerenda
quod ab deo ad al-
tari chori*

Concluso officio, et dato a Praesidente signo,
surgentes exeant ordine suo solitas facientes
reuerentias, ante gradum et precedant
Seniores. Juniores ab his iunioribus, ad locum suum capitulum
non sint prima uocati et usque recentis more procedant Seniores.

18.

*in honore Sen-
iorum et in Seniores*

Ita quod si quibusdam...

9.19. *In huius uicini*
Cum Religionum iuxta differentiam temporum
locorum et occupationum, etiam ratione habitus
sui, curam habere deceat, satagens sorsus et Pres
officio solemniter et vesperis floccis induti adesse,
cella n. templum
locum locis.
quos ex his Cellis, et istuc referri non omittat,
nec hinc inde in templo dispersos caere patiantur.

20. *que non ante*
conuictio ad m. p.
Ab messam qui ex negligentia uel uitio suo
non occurrerit, aut post refectorem non adfuerit
ad uersum, corpiatur semel et iterum, et si se
non emendauerit, tradabitur iuxta Regulam.

21. Qui autem qualibet ex causa non occurrerit
ad uersum, non prius ingrediatur, quam com-
pleatur benedictio cibi, nec ingressus resideat,
del. m. p. r. o. i.
nisi annuat Presidens, cui supplicando se pra-
in medio ac aucto signo et est aucto dicitur. iam
ordicibus, nisi signo dimittant ad huc locum, ubi benedictio m. p. f. u. i. t.
senter, in medio ac aucto signo et est aucto dicitur. iam
ordicibus, nisi signo dimittant ad huc locum, ubi benedictio m. p. f. u. i. t.

22. Abbate intrante uel egerente Chorem, Re-
fectorium, Capitulum, uel quemuis locum alium
expurgatur, et modice inclinetur ab omnibus.

De ijs, qui excommunicantur
quomodo satisfaciant. Cap. 44.

De ijs, qui falluntur in oratorio
Capit. 45.

9. j. *de orator. n. u. n. o. r.*
g. t. i. a. n. e.
CORAM OMNIBUS) Declaramus, quod quando
error est modicus, sufficiat terram tangere manu;

sed si error fuerit notabilis, ut puta quando suo ex-
cessu alios errare fecerit, aut necesse fuerit emen-
dari, legendis, aut cantando, aut magnum strepitum
fecerit, mox completa lectione uel Antiphona
aut Cantu, si in his fuerit occupatus, genuflectat
ante Superiorem, donec sibi signum factum fuerit.

73
Error notabilis genus
Hypocrite qui sibi con-
sulantur.

De iis, qui in aliquibus rebus
delinquent Caput. 46.

ET NON VENZENS.) Declaramus hoc esse p. j.
seruandum, quando Abbas ibidem adfuerit, aut
in loco propinquo, et hoc delinquens seuerit;
alias satisfaciat ante Congregationem in sequen-
ti Capitulo; quod ob hoc teneri volumus singu-
lis diebus post Primam, praterquam in diebus
festiuis, ut supra diximus; considerato tamen,
quod si contingeret Fratrem commisisse peccatum
mortale (quod absit) et hoc esset notorium,
licet dicat Culpam suam in Capitulo, ob satis-
factionem Fratrum, Confiteatur tamen et Confessario
suo, qui eum in forma Ecclesie absoluat, alias
non esset absolutus.

Capitulo singulis diebus
post Primam cantetur quod
in diebus festis

Peccata mortalia quatinus
sint culpa, et ibi hinc
quod hinc factum fuerit

SI ANIMAE CAUSA LATENS FVERIT.)
Diligenter hic est animaduertendum, quod si
Regula praecipit in praedicta rebus inuincibili-
um, et in excessibus, quae palam committuntur, mox

occulsi et forte inveni
apud hunc Prælatum.

illas debere manifestari Prælato et satisfacere:
quanto magis credendum est, illos occultos et spi-
rituales defectus, qui Deum immediate offendunt,
et perimunt et frangunt animam, debere fratres
magis confiteri, et pro illis confiteri *satisfacere*.

§. 3.

Frater et quilibet off:
satis solent in habitu
modo.

Et quia quasi continuis delinquimus, et sepe-
ties in die cadit iustus, ne Patres decupati tota
die teneantur, statuimus, ut quilibet Frater confi-
teatur non Sacerdos (nam de Confessione Sacer-
dotum supra, ubi de Missis privatis ordinavimus
Cap. 16. Reg. §. 4.) semel in hebdomada; Quod
tempore S. N. Benedicti servabatur, et quod in Cap.
de hebdomadario ledere dicit, Quod ledor
accipiat mixtum propter sanctam Communionem,
qua Communio fit bis singulis Dominicis diebus,
et consequenter Confessio: Contra faciens dicat suam
culpam in Capitulo, et comedat in terra in Refectorio.

Lena omittitij.

4.

Nil seorsim
vult nisi hunc lo-
cutionis ad aliquam
congregationem.

Lena hinc in oblatio-
nis.

Ordinavimus item, quod nullus ex Congregatione
Monachus, Laicus Frater vel Novitius, extra
Sacramentalem Confessionem legitimis factam
Sacerdotibus, aliquid secreto recipiat sub sigillo
Confessionis ab aliquo de ipsa Congregatione.
Contra facientes vero non possunt dispensari
pro tali inobedientia, nisi à suo Prælato iniuncta
eis poenitentia ieiunandi tribus diebus in pane
et aqua intra unius mensis spatium.

De significanda hora operis
Des. Caput. 47.

NUNCIANDA) Hoc officium gerat Sacrista, 1. i.
cui iniungimus tempora ad diuinum officium officiū Sacristae
secundum superius ad Cap. 8. et 16. ordinata
diu nocturno custodire, horologium dirigere, faci-
tate Fratres, signum praemittere horis, et omnes
pulsus ordinare, sicut inferius in Coereemoniali
de pulsibus plenius dicitur: Si uero ad Matuti- ad faciendū offi-
ciū Matutini factū
tuncq; pulsari.
na solito tardius pulsauerit, indicabit Priori
ut pro breuitate temporis officium accelerari
faciat; Ipse uero in Capitulo culpam suam
proclamet.

Ostia Ecclesia diligenter claudat, et conue- 2.
tis horis referet Sacrista, et habeat sub sua
custodia ac diligenti cura, quaecumq; Celsui de-
uino depurata sunt, ut sint munda, integra ac
sana, libros, Calices, reliquias, Candelas, uestes Breue q̄ten beatus intra
mensē ab omni officio.
sacerdotales, preparamenta altarium: quae
omnia in Breui conscribere teneatur, ut et
aliis officarij intra mensem ab Ordinatione sua
cuius Exemplar unum ad Abbatē tradat, alterum suo reddenda sunt
sibi reseruet, ut fiat, de quibus rationem reddere
debeat, cum opus fuerit.

Corporalia de purissimo, mundissimoq; uino praepa- 3.

Corporalia et

*Contestati sint nichil
sine a sacris
abluantur.*

preparentur et in Marmis vel theis mundis dili-
genter complicata reponantur, q^o si²² abluenda
sunt, uti et linteo, quibus Sacerdotes manus et
Calices post Communionem terquat qui²² et ideo
benedicti esse debent, ut palla et alia ad usum
Sacri altaris pertinentia, Sacrista primum per
se abluat; lauarum in piscinam vel cimiterium
fundens.

*Lauacrum quo roro-
munda.*

S.4.

*Alia munia Sa-
cris.*

Sacrista *Touegis* & Abbat^{is} in Pontificalibus
Sacrificatorio, aut alium actum officij sui peracturo
preparare omnia necessaria. Item in solemnibus
tatibus et alijs quando aliquid singulare agen-
dum est, secundum pontificale, et rituale Romanum
nouissime correctum, omnia requisita comparare
et disponere, ut pale Candela, Cineres, palma,
rum frondes, prunas, oleum pro lampadibus, et
ad inungendum infirmum, aut sepeliendum mor-
tuum, omnia necessaria.

S.

*Caritativ^{us} aut^{em} leges
sua leges.*

CANTARE AUT LEGERE.) Præcio debentes
legere aut Cantare, prouideant lectiones, quas
debet legere aut Cantare, prouidentibus libros
tempore congruo, adeo ut scandalum non sequa-
tur. Contra facientes grauer puniantur.
Nouitij uero suscipiendi nescientes canere, aut
dicant prius saltem cantum Choralem, aut sine
Cautiore magna non suscipiantur præsertim

Pera hinc n. obliuio

Novitij caritativ^{us} hinc

presertim si nec uocibus ualeant.

447
QUI POSSIT DICTVM OFFICIVM IMPLERE) 6.

Ideoq; Ordinamus quod ^{fratres assi nigoni} ^{et can. lironi in domo} Monasteriorum
nostre Congregationis cum Consilio suorum Sc
riorum, Fratres, quas ad dicendum idoneos indica
uerit in Grammatica et cetero plano, et Caribus Con
scientie solite instrui faciant a Fratribus doctis,
si comode fieri possit. Sin autem ab alijs mercede
conducitis, si possibilitas loci permiserit.

Cum uero impium et a monastica disciplina ab
enim sit, inertia otioq; languescere, et ab antiquis
patribus, qui Ecclesiam militantem omni doctrine
genere et facultate illustrarunt, filios degenerare
ideo ut huiusmodi ignominiam et notam fugiamus,
otiumq; ei nugas, seu efficacis Diaboli uirus euita
mas, diuinarum scripturarum speculationi effica
his intendere possumus, simul et coalescenti indies
(autare Deo) Congregationi nostre hac etiam
inter cetera scientia gemma non desit; hac
presenti Constitutione ita decernimus; ut in oib; ^{lectio dicitur nimirum post}
Monasterijs, quantuscumq; sit numerus Monachorum, ^{in hebdomada infra}
frequentissima uel saltem Diebus Dominicis, aut ⁴²
semel in hebdomada habeatur lectio sacre scri
pture uel Catechismi Romani. Diebus autem ^{lectio in festis huma}
non festiuis, quotidiana lectio sit Grammatica, ^{nisi lectio desinat}
uel Humaniorum litterarum, pro auditorum capacitate

In monasterijs quib; monachorum ubi conuulsi fieri possunt, etiam lectio Sacra
habeatur, qua in n. d. Abbatibus negligentes fuerint, in locis in hac ut solus
Apostolicis delegatis, cui ad id opportunis remedijs prestant. Con. Pont. S. S. cap. 1.

*Normalis ut ante
degit in dicenda*

vel indigentia. Et si locorum ac personarum ratio feret, diebus singulis, aut saltem alternis altera etiam lectio fit de officijs poenitentiae, quam Casuum conscientiae vocant.

De opere manuum quotidiano.
Caput. 48.

*Reddit rationem cap. habet
fieri ad hoc carit. poe-
qualem possit ad libitum
poni*

C. I. CREDIMUS VTRAQUE TEMPORA. Quia nobis diebus occupationes maiores antiquis temporibus Monachis exercere tam in divinis officijs, quam circa fraterna obsequia, ideo videtur nobis difficillimum quodammodo posse Regulam servari secundum divisiones suas, praecipue hyemali tempore, quo diei brevitatis vice sunt Monachos divini officij debitum exolvere.

*Hoc dicitur de his qui
sunt in regulari iustitia
et libere subiacent*

2. Attendentes igitur quod nec Regula ista firmiter dividit ista tempora, ut velis omnino illa servari, sicut sonat verbum **Credimus** Ecclesiamque horum omnium dispositionem in arbitrio Abbatis esse reponendam tam quoad officia divina quam quoad lectiones alias, exercitiaque omnia rationabiliter, habita locorum et temporum consideratione, disponet; Ita ut Ecclesia ei populo salis fiat, et ne Monachi nimium quam par sit, graventur.

49
3.
Tamen si pro more loci alicuius vel necessitatis
fratres ad laborem convocentur, quod plerumq[ue] fit
campanula, qua ad meditationem et alia exerci-
tia vocantur, sine mora in loco destinato conue-
niant, et lecta oratione solita, pro ut in Coeremo-
niali est, procedant adunati et ordinati ante
Priorem, nec in itinere, quo vadunt vel rede-
unt, colloquijs aut risibus, sed orationi ^{aut} medi-
tationi vacantes, nisi de verbis loquendi licen-
tiam Prior eis indulerit. Si quis tamen domi
remanendi necessitate habeat, Priori causam
indiceret.

4.
Si exigat necessitas mensis vel epidemice tem-
poris, poterit ideo Missa Conventualis et alia
que hora citius et sine tono expediri, et si di-
stantior fuerit locus, non solum ubi laborant,
horas reliquas cum suis caeremonijs dicere, sed
etiam praedare, si Abbas ita iudicaverit, poterit.
Si autem infra Monasterij septa laborant, audito
signo ad Oratorium concurrant, nisi aliquos
Prior ad laborem continuandum iusserit rema-
nere, et foris laborantes cum licencia exigente
necessitate, habere possunt, quod infra Mo-
nasterium tamen nunquam licet, sine speciali
iudicio Abbatis.

Conspicua ad laborem ff.
vocali max. quoniam

Bis fcs q[ue] ad laboranti
erunt.

In aditu et recessu
que moris adhibe.
De anilib[us] sit sermo

Si divina officia citius
et sine tono expedit.

convenia solita caeremonie.
Et
in hora precum citius
et sine tono expedit.

Sine licencia remanere
non licet.

*cur de 13. p[er] m[en]s[ur]as p[er] h[ab]ere
ordinat[ur] et adhib[er]i*

Curem Prælati, et singuli Fratres specialem alii
cuj ap[er]eant Exercitio vel arti, ne deficiente
communi labore otium amare incipiant, unde
mala multa, si non habuerint in promptu, quo
se erilibet occupare fiant, oriantur.

6

PAUSE IN LECTISS. Eius Regula pausa-
tionem et sonum meridianum indulgeat; Nos
tamen exemplis multis et arte medicorum
edocti, quanta mala hæc consuetudo in Regi-
onibus nostris afferat, hanc licentiam nemini
concedimus, nisi quis omnino aliter non pos-
sit, stans vel erectus, sedens paululum obdor-
mikat; et propterea cavendum ad id, Fratribus
post prandia recreandi horam ubi supra con-
cessimus, a qua postea videntur lectioni, vel ex-
ercitio, sicut eis fuerit ordinatum.

Qui dormierit a p[er]ito

*Post recessione vacante
lectio[n]i p[er] h[ab]ere ali:
F[ra]t[er]*

7.

In Quadragesima diebus diligentis quan-
taliâ communitat[is] s[er]vatur hæc tempore
distributio operum et horarum per diem, pro
ut supra fuerunt disposita, etiam circa obe-
lationem Missarum, ut si occurrente festo
vel aliâ dua cantanda, una missa respondeat
Missæ principalis, que can[er]i debet; officio diei
secundum Rubricas missalis, etiam si una ex his
estet angaria, vel vigilia, aut Quadragesimalis:
altera earum semper circa horam jam loco primi

*Strictior observatio de:
sacris missis in
Quadragesima.*

*Concordia s[er]vare
Missæ p[er] h[ab]ere*

Sacri legatur: In summa Missa feriali post Agnus Dei, et in festina post Elevationem pulsetur primum signum ad vesperas, et sub orationibus secundum cum computru sub finem.

de pulsa vesperis
in Quadragesima.

LIBROS DE BIBLIOTHECA) Vno vel altero die ante Caput Quadragesima Bibliothecarius conscribat in codicillo libros, quos singuli per Quadragesima sibi elegerint, quos in eodem capite Quadragesima in Capitulum deferat, et recitante illo ad unctionem D. Abbatis suam conscriptionem, Cantor libros eisdem singulis distribuatur.

8.

De distributione librorum in Quadragesima.

Cantor, libros à Bibliothecario distribuatur.

Idem Bibliothecarius codices omnes ad officium diuinum non spectantes sub custodia habeat, signans eos titulis in dorso, et intus in inscriptione loci atq; Congregationis nostrae, ne distrahantur, et ut recognosci possint, ideo omnes etiam in codicillis annotet, quorum unum D. Abbati tradat, et alterum sibi reseruet, ac sepius recenset, uideatq; ne hincis vel aliqua corruptela inficiantur. Si extra Monasterium alicui aliq; accommodandi sint, non nisi sub pignore vel Chyrographo ppendantur; nisi Abbas aliter indicauerit: Clauem ad illos, praeter se et Ab-

9.

Bibliothecarij
munis.

de Clauē Biblio-
thecae.

Abbatem nullus habeat, nisi alicuj Abbas singulariter ex causa id conceperit.

De Quadragenime observatione Caput. 49.

§. i.

ISTIS DIEBUS Juxta Regulam augeamus aliquid ad solium penam servitutis nostre. Ultra Psalmos poenitentiales et officium Mortuum, disciplina in loco Capitulari, vel alio magis convenienti, que fit omni tempore feria 4^{ta}. per annum totum, fiat tota Quadragenima simul 4^{ta}. et 6^{ta}. feria. In hebdomada sancta addatur feria 5^{ta}. Similiter a prima Dominica de Adventu in duris incipimus a Carnibus, et 2^{da} feria ieiunare continuando usq. ad festum s^{an}c^te. Nativitatis Domini.

Disciplina in loco Capitulari.

In Adventu Domini a 6^{ta}. feria incipit ieiunium usq. ad festum s^{an}c^te. Nativitatis Domini.

De Fratribus, qui longe ab oratorio laborant ac in via sunt.

Caput. 50.

§. i.

FLECTIMUS Intelligimus quando dicitur Pater noster, et Credo, temporibus, quibus est ordinatum ab Ecclesia, quod tunc dicentes officium, genuflectant.

Genuflectant.

De Fratribus qui non longe proficiuntur. Cap. 51.

NON PRASUMAT Sedendo ordinamus, quod nullus nostra Congregationis, quantumcumque rogatus presumat manducare, aut pernodare in donibus, possessionibus, uel locis quibuscumque secularium, in Curiaribus, aut locis, in quibus habentur Monasteria, uel loca nostra, etiam in utraque sit contentus. Qui autem contrafecerit, comedat in terra in Refectorio in pane et aqua, pro qualibet uice.

si. xteno radunt, uel pueri in locis quibus secularium.

De Oratorio Monasterij.

Cap. 53.

EXPLETO Nisi qui remanere uoluerit ut orationi ualeat, Nam si quis orare uolens compelleretur exire, distraheretur forte a deuotione, aut alio diuertens non rediret ad orationem.

si. cur qd non remanere.

Orationem uero mentalem singulis diebus per dimidiam saltem horam facimus post matutinum secundum diuina inferior inter Coeremonias quotidianas descriptam. *fol. 8.*

2. 33. Meditatio

Quandoquidem uero orationis mentalis sine meditationum usq, apud omnes bene reformatos Monachos, modo frequentissimus est, ubi et olim apud deuotissimos Patres nostros, et utilissimum Exercitium, ita ut qui neruum deuotionis et totius Religionis fundamentum annexum

3. Meditationis exercitium et totius.

*Præmissa ante hanc
conclusionem §. 1. et 2.
55.*

*Qui ad hunc §. melius
adhiberi debent
indulgentiam plenam
adhibere.*

Consistere in eo dixerit, non esset. Ideo Fratibus
Nostris eisdem unum admodum commendatum
volumus, ut non contenti matutinali meditatio-
ne, et vespertina recollectione, quæ in Com-
muni sunt, etiam ipsi sibi ad hoc temporum
morulas, et præsertim horarum canonicarum
mitia faciant. Insuper cum PAVLVS V. Pont.
Max. in Bulla Indulgent. pro Religiosis anno
1616. die 23 May edita, si quis vero qui de fuerum
superiorum licentia. Religiosis, qui Orationis
eiusdem mentalis exercitium per 10. dies, ut
ibi habetur, fecerint, Indulgentias plenarias
largiatur, illud aq̄ue nostris Fratibus cum licen-
tia suorum Prælatorum faciendum, quodcumq̄
possunt concedi volumus et approbamus. Qua
propter Bullam eandem infra in Coeremo-
niali nostro integram reddimus.

De Hospitibus suscipiendis

Capit. 53.

§. 1. **VBI NUNCIATVS FVERIT** Portarius visio
hospite et examinato, si ignotus est, cum Abbate
sua Priori, si Abbas abfuerit, denunciare hospite
pro sua conditione intra vel ante portam ex-
spectante.

*Hospes cui denunciat
hospit. andy.*

2. **Nunciato** Abbas, Prior, Cellerarius, Frater,

seu alius, aut quem inferit Abbas vel Prior, occur-
 rat, reuerenter nudato et inclinato Capite sus-
 ceptum ducat ad orationem et Ecclesiam. *Qui suscipiend.*
 Ingressum aspergat aqua benedicta, postea
 flexis genibus faciant orationem ante altare
 secundum Ceremoniale. Et si Laici fuerint orant
 in silentio.

Si Episcopus vel Abbas fuerit, offeratur ei
 aspersorium cum osculo manus, quo procedente ante *3.*
 altare introducens, orat cum eo, ut supra, modice *Qui hospites suscipiendi*
 post eum subtrahens, nisi parus cum eo digni-
 tatis sit. Et completa oratione cum osculo pa-
 cis ducatur ad hospitium, et interrogetur de
 causa aduentus sui, et presentibus eius significetur
 Abbatibus, nisi Abbas ipsemet eum primo
 susceperit qui statim ueniens hospitium ha-
 bet secundum Regulam.

Episcopo autem proprio, Archiepiscopo, Sedis
 Apostolica Legato, Papae, Abbati, si de alio *4.*
 monasterio assumptus fuerit; Item Regi, Impe- *Qui sume classis*
 ratori, si prima uice ad Monasterium uenerint,
 occurratur in processione cum Cruce et aqua
 benedicta, orationibus, et ordine in Pontificali
 Romano et Ceremoniali descriptis.

8.5.
Hospitalium officia

Habeat autem is, cui cura hospitum imposita est, siue Monachus, siue Laicus fuerit, sollicitudinem, ut hospitum tam comestionis, quam dormitionis loca sint semper munda, ac decenter composita, unde ut universa pro receptione ac decenti pertratione hospitum necessaria sub custodia sua habere debet. Ad ipsum enim pertinet, quid et quando comedant, et ubi singuli iaceant, providere, ad refectorem eis servare, cum ipsis necessaria et utilia loqui, et ubi talis recepta fuerit, confuendo, post Completorium in templo decantatum, eis et preparare et cum adieuban- tibus, ideo uocatis fratribus eisdem administrare mandatum et lotionem pedum, et cum lumine Abbatem uel hospitem in eundo uel redeundo, si non fuerit, praesere.

6.
Lectis habenda cum
hospite reficiendo.

LEGATUR CORAM HOSPITE) Maxime laudamus hoc fieri, si commode possit, et tempus hoc permiserit, ut dum refectio paratur aliquid hospiti legatur, uel spiritualia dicantur, habito respectu ad personae qualitatem et necessitatem, saltem non omitatur, quia ad mensam hospiti aliquid legatur, iuxta conditionem personae, ut adificetur.

AQUAM IN MANIBVS ABBAS) Intellige si praesens est, et hospes id admittat alius Prior, vel alius ⁷ *Qui ad hoc aduerti in*
hospitium curam habens. *ning hospiti.*

Hospites suscepti in ipis diuinis officijs poterunt se cum illis Monasterij Fratribus conformare et si familiares fuerint ac domestici, dum possunt cum maiori sollicitudine ad Refect^{oriam} ⁸ *Qui hospites aduerti in*
in Refectorio cum Conuentu, alias seculares por- *ad Refectoria q ab eo*
tione, qua turbas praesertim et scandala parere *antali.*
possunt, a Refectorio Fratrum arceantur.

Frates non mittantur a Praelatis suis ad alia Mo- ⁹ *Qui ad alia mona-*
nasteria iuxta Regulam sine litteris commenda- *stant refectoria a literis ad*
titijs, conferantq; de negotijs cum illis Monasterij *notandis.*
Superiore quorum causa illuc aduenerint, et ¹⁰ *Qui in alioq; mona-*
sub illius obedientia sub aliq; correptione sequi *stant non deont esse*
tes eorum vitam ut diuinis intersint officijs et *gore.*
Capitulo Culpatum, haud secus ac si ibi Conuen-
tiales essent nisi essent debiles, aut in negotijs a
deo occupati.

Mulieres vero sine laicas sine Religiosas cuius ¹⁰ *Nulle die mulieres*
cuiq; aetatis, gradus, status, et conditionis sint, pro *septa nuntiant.*
hibentur distribui iuxta septa Monasteriorum
nostrorum, quavis occasione dum ingredi, aut
morari. Quod si contra scienter fuerit atten-
tatum, iuxta litteras Eugenij IV. Pij V. & Gregorij *Papa Gregorij.*
XIII. tam ipsae mulieres, quam earum doctores et

receptores, & si hoc uoluntarie fecerint, ipso facto
sententiam excommunicationis incurrant, alijsq; poe-
nis, pro ut in ipis Bullis, subiacebant.

Quod non debeat Monachus
litteras vel Eulogia accipere
sine iussu Abbatis. Cap. 54.

S. I.

*Nulla manusculi dante
a recipiunt.*

QVAELIBET MANSCVLA. Tenerariam pre-
sumptionem Monachorum nostrorum, qui cum
nihil habeant, nec habere debeant, munera acci-
pere, et dare non metuant, Regula et professio-
ni nostra aduersantes; tanquam Seminarium Dia-
boli, et uirus mortale, penitus interdiximus, et quia
sepius ex huiusmodi munerum collatione ac re-
ceptione inordinata, oritur affectio, seu com-
placencia, notamus, quod uicem sibi Fratres deo
ullatenus manuscula, iuxta Regulam, neq; etiam
alijs quibuscumq; aut aliunde sibi directa accipiant,
sine Praelati speciali licentia.

2.

*Quo ne Praelati
quide.*

Sed nec ipsi Praelati Fratribus aliorum Monaste-
riorum manuscula mittant, nisi forte a Patribus
dictorum Fratrum fuerit requisiti.

3.

*De multis litteris sibi
scribere et manu dante.*

Litteras, si qua utili et honesta causa uoluerit
Fratres scribere, litteras, habita prius scribendi
licentia scribant, deinde litteras apertas, de ferant

89.
Prelatis, quas mandamus ab ipsis Prelatis legi subscribi
et signari. Similiter et qui ipsas recipiunt, antequam illas
legant, clausas presentent Prelato suo; quos volumus
omnino et iubemus Prelatum legere, vel eo absente
Priorem, seu vicem eius gerentem, et si uidebitur
sibi, Fratribus, ad quos directa sunt, reddat.

4.
Fratres quicumque sine licentia Abbatis sui scri-
pserint litteras ad se directas legerint, quoties con-
tra fecerint, toties ieiunent in pane et aqua in
Refectorio, nec aliter dispensari possint: Mandamus
autem Prelatis omnibus, ut hanc ordinationem in-
violabiliter seruent.

5.
Quicumque uero ex nostra Congregatione etiam
fuerint Otharii uel Hospites, portantes litteras, uel
munuscula, Prelato eos Abbatem presentent, et ni-
hil dicant, nec ipsi ad quos diriguntur, nec alijs.
Contra facientes, dicant suam culpam in Capitulo,
et comedant in terra in Refectorio.

6.
De litteris uero ad Superiores dandis, ut Pon-
tificem, Episcopum, Visitatore[m] & nullas priuatis
presumas; si quid tamen grandissimis de rebus
scribendum fuerit, cum communi scilicet Conuentui
id fiat: saluis casibus priuatis et occultis.

De Vestimentis et Calceamentis
Fratrum. Caput. 55.

91
S. j.

Quo colore uti-
mur.

Et qd in vestibus.

DE QUARUM rerum om. Etsi S. Pater non de-
terminet Colorem, ita ut hinc varij in ordine nro
nos et unus colorum moluerit; nos tamen in
Germania nigro solum (quo ipse quaq. S. P. r.
unus fuisse legitur) utitur colore, selt in vestibz
exterioribz, cuculla, tunica, Scapulari.

2.

ut in vestibus non re-
spondeat.

Et car.

QVOD VILIVS D Admonitos volumus uniuersos,
nullo modo decere Monachum, vestimentum ali-
quod pro utilitate respicere, nisi manifesta incom-
moditas aliud pebere cogat, quod tñ. non nisi
resignata voluntate humiliter facere praesumat,
propterea particulam hanc diligenter attendi vo-
lemus, excludit enim non solum praeciositatem tam
in vestibus, quam alijs rebus omnibus, sed etiam
mollitiem habitumq. delicatum.

3.

Superflua n. respice.

Rebustitas non.

Caveat unusquisq. ne superflua requirat, et
apud quem tunica, Plurci, aliq. triplicia, qua-
druplicia fuerint reperba, culpam dicat, et cone-
dat in terra cum pane et aqua, tabies, quohes.

4.

Negligentia in re-
sibus suspicanda.

Communitates vestiu-
m. s. h. n. t.

Si quis ita negligens fuerit, ut rem suam per-
diderit, aut ante temp. annihilauerit, aut contentu
esse noluerit, de eo quod ei traditum fuerit, re-
mittatur ad Abbatem, sine cuius speciali permisso
ne nec illud, nec aliud accipiat. Neg. etiam debeat
Fratres inter se uestes commutare, aut alteri alter

rem vel uestem abiq; Superioris licentia dare.

ACCIDENTES NOVA Intra octos dies laba et munda omnino remaneat uetera, contra facientes dicant Culpam in Capitulo, et comedant semel in pane et aqua in Refectorio, et priuentur omnib; reb; nouis, quousq; restituant uetera.

5.
Vetora restitui non
necessaria.

DVAS TUNICAS Ordinamus quod Fratres nri habeant singuli tunicam unam de panno, possint etiam alteram habere pro estate de panno de tulto, seu de rascia, uel simili tenuiori filio. Habeant et Cucullam q; secundum Clemeninam, ne in agro vocatur Floccus, et scapulare, quod habeat Caputium asurum, secundum formam cuculle. Omnes autem Professi tam Sacerdotes quam ad Sacerdotium aspirantes eodem utantur habitu, nisi quod scapularia Sacerdotum paulo latiora sint. Laici uero secundum Coeremoniale uestiantur et super scapularia cincti, sed Nouiti; habeant scapularia breuiora, minusq; laba et hi utriq; tam Laici, quam Nouiti; exteriorib; uestib; laneis utantur. Nouiti; tamen in officio solemn; et Vesperis, in quib; professi Floccis induuntur habeant scapularia latiora cum Caputis consuetis, qua sint iusta cuculla monachalis.

6.
Eius qualis et quod
vltis hie debet.

Forma vestis in Sa-
cerdotib; Professis.

Vestis Laicis.

Nouitiis

Capita ex publico
utrumque sumuntur
vnde

Pro Comitia
vnde pro publico
et sup. m. v. b.

Omnes vero Monachi tam Sacerdotes, quam profani et Novitii, quando Caputia de capite deponunt, eadem aequaliter super utrumque humerum ponant, in Conventu procedentes pilaeolis capita tegant, sed non nisi Caputis desuper induti, ut dum alicui reverentiam facere, vel loqui volunt, eandem honeste unicum Caputis super humerum dextrum detrahant, et manu simul tenere valeant, quod etiam ad Gloria Patri & reverentias Deo et Sanctis seu intra, seu extra Chorum exhibendas, faciendum.

8. De interioribus vero vestibus, Praetorum discretionem relinquitur, qui ut unicuique pro ut opus habebunt, de omnibus sufficienter et rationaliter providere possint, sic statuendum nobis visum est:

Comitatus quos
annis vestis
cum eis
et ante
vnde

Et in
pro
vnde
vnde

Quod singulis annis ante hyemem, et ante aetatem omnes conficiant Inventarium vestium quarumcumque, quas habent apposita qualitate, num vetera an nova an medicoria sint; ibique subscribant quibus vestibus indigeant, scriptumque hoc Praetato contingent, qui unicuique indigentiam considerata omnibus rationaliter providebit; ita ut superflua amputentur, et necessaria abunde subministrantur, quae decet charitate, servato tamen in omnibus vestium generibus, tali moderamine, ut neq. ab luxu scandali prebeat, neq. ab sordibus, aut fracturam monastica gravitas in contemptum deveniat.

LAVARE IPSAS RES. Vestiaris tempora quibus
 vestes lavande sunt, observet et curet ne vel munda
 superflue laentur aut immunda dicitu negligantur;
 et quando generalem voluerit facere lotionem,
 preparatis necessarijs fratribus tempestive insinuet
 per signaturam in tabula, ut hi qui immunda ha-
 buerint, comportent.

9.
*Tempora lotionu an-
 mandatorum.*

QVAE TAMEN LECTA. Pro observantia huius
 textus, Praelati prohibeant ornamenta lectorum
 qui etiam, vel quibus ipsi mandaverint bis aut ter
 in anno scrupulose omnes cellas visitent, aut visi-
 tare faciant; Neq. permittant in dictis cellis
 teneri poma, odoramentane, cuiuslibet generis
 specula, picturas lascivas, qualescunq. picturas
 varias in Capis, scabellis aut parietibus, aut ad
 eodem parietes pannum viridem, velum, lineum
 siue laenum, aut alteris coloris, aut alia huius-
 modi statui Religiosorum non competentia, et
 superflua omnia amputentur iuxta Regulam.

10.
*ornaty lectoru collecty.
 Eius e' subiecti fine
 dimittenda.*

DENTUR AB ABBATE. Vestiaris, si etia qua
 tem abbas licentiam dederit, rationaliter peten-
 tibus minora distribuere potest; Debet n. de inda-
 mentis, panis lanceis et lineis et pellicis, calceis,
 mensis fratrum etiam hospitem, Infirmorum, laicorum.

11.
*duo vestiaris ratione
 suffic.
 Officia vestiaris.*

*Memoria quodam modo
nominis Clamping.*

et uniuersa quorum uentidium suppellebili
solicitudinem gerere, propter quae etiam cum sa-
foribus, sartoribus, pellionibus, textoribus in eorum offi-
cinit loqui potest. Floccos etiam seu Cucullas,
tunicas et pellicea noua, ac qualibet maiora
pretiosa, sine Abbatis iure et speciali uolun-
tate, nemini dare praesumat.

De mensa Abbatis

Cap. 56.

*§. i.
Laudabilis est et
Fr. in Regula 4. 11.*

QUOTIES MINVS SVNT hospites, quas uult
uel eligit esse in Refectorio cum Fratribus,
quod magis laudamus.

De Artificibus Monasterij

Cap. 57.

*§. i.
Non facile est paucis
guatualibus operari.*

ARTIFICES SI SVNT in Monasterio hortamur
Prelatos ne facile eximant Fratres propter eorum
artes a diuino officio, a Communibus Exercitijs, et
aliorum fratrum obseruantia, nisi anima et cor-
poris salutis necessarium esse censerint uel
aliqua incubuerit necessitas, ob quam sic ex-
pedire iudicauerint. Nichil autem de quauis arte
in Monasterio exercita uendatur sine Abbati
licentia.

*2.
Tollit Alchimia.*

Artem uero Alchimia nullum Congregationis tuae
per se uel per alium quoquo modo exercere

volumus et hoc in uirtute & obedientia prohibemus.

SI QVIS AVTEM (quod Deus auertat) huic
curioso uitio se implicauerit, conuictus per degradatib[us]
per mensem, et qualibet hebdomada comedat una
die in pane et aqua in terra in Refectorio. In
quo fit. honestissimo distillationum et extractionum
simplicium exercitio a peritis medicis, cum scite
et licentia S^{cti} Prelatorum ordinato, et propterea
Cone abusus tales, sub tali precepta tamen contingat
a ipsis Prelatis, et quibus illi mandauerint, sapie
uisitando nihil preiudicatum esse uolumus.

Peru 3^a fuitur.

*no in auro distillat.
na operatio.*

De disciplina suscipiendorum
Fratum Caput. 58.

NOVITER VENIENS: Cum inter abusus
Claustralium non ultimo ponatur, neq[ue] inter
causas disciplinam monasticam debruentes, et
eradentes non minima sit, indiscreta Nouitiorum
ad habitum et professionem susceptio, perspicaci
oculo attendant S^{cti} Prelati, ut non quocumq[ue] ad
uentitios, sed habita delecte quos, quando, quales,
quibus conditionibus ad Ordinem admittant;
probat n. paucos sub uexillo habere bonos ac fe-
dulos, quam impiorum et indisciplina bilium
aceruos, cum uerissimum sit, nullos inueniri meliores,

8. j.

*De prima iudicia
adhibenda ne suscipi
ordis Nouitios.*

quam qui in religionibus profecerunt, nullos, quam
qui in illis defecerunt, deteriores.

§ 2
Abbas admittendi

que fidelibus in
mundo

Quapropter nullus ueniens recipiatur ad ingressum
Religionis sine consensu maioris partis Seniorum
computata quoque Praeati uoce, seruato tamen quod
antequam ad perendum in Capitulo admittatur,
secretè et per quos uiderit & Abbas expedire,
et quando illuc admittus fuerit publicè coram
omnibus ab Abbate et Superioribus singulorum Mo-
nasteriorum, in quibus recipi postulauerit, inqui-
ratur de uita, moribus, litteratura natalibus
suscipiendi, et si episcopus de ordine aliquo, si le-
gitimus sit, si Conditionis seruitis, si alicui ma-
lieri p̄dem sponsuerit, si uoto astrictus, si ali-
cui ad ratiocinia obligatus, si occultum aut
incurabilem morbum habeat, si partatur in sus-
ceptione uel executione Ordinum impedimentum
fforum. Quodam ingressum omnimodo impediunt,
quodam non modicam parient difficultatem
dum et illegitimis uitis patenti fomes non raro
adheret, et in illis, qui nimium rudes aduenerint,
indituendis ac diuinducandis non epiguus labor est
et religio si defectus et mores eorum ignorantur
turpius exciuntur, quam non admittantur. Si autem
horum nullum repertum fuerit, nec de admissione

certificetur, nec sine spe ad melius deliberandum,
non tamen dimittatur.

90
ad reser. statu. relig.
Nov. 1701.

Quod si mutilati, claudi, strabones, aut aliquo
corporali defectu uitiati, quamuis aegerime
admittantur tales, si tamen omnino ad probationem
suscipi postulauerint, non prius suscipiantur quam
uniuerso Conuentui et fratribus in Capitulo fue-
rint propositi, ne possit eis postmodum professio
nisi tempore tale uitium obici a quoquam.

§. 3.
Quid, si habent
affatus grauios.

POST QUATVOR aut quinq; dies declaram;
Quod Nouitius her antequam detur ei habitus Noui-
tialis §. 11. dies cum suis uestib; secularib; ut
interim possint eis mores considerari ab omnib;
plus enim uident oculi, quam aurib; quib; diebus
her in Cella sub cura Nouitiorum Magistri.

4.
Quot diebus relig.
one reser. mag. p. h. d. b.

Peractis his dieb; et habito Prelatus cum Con-
uentu Fratrum de priuatis cautelis consilio, si ad-
mittend; iudicabitur ad Nouitiatum, tunica detur
ei talaris cum cingulo, qua indurus ad Nouitio-
rum exercitia communia accedere possit; In
quib; et §. 9. rursus aliquot dies in omni patien-
tia probatur, si talis, qualem S.P.N. postulat, re-
pertus fuerit, cum tunica predicta a Magistro
ducatur ad Capitulum, opportuno die, quo Ab-
bas et Conuentus ibidem congregati fuerint,

5.
Nihil recipiendi ad
Nouitiatum.

abq̄ ingressus, pro ut a Magistro interueniens est, in loco
 ad hoc consuetus, mox se prosternat in terram,
 e: interrogatus, Quid Querat? Respondeat;
 Dei misericordiam et uestram conpraternitatem
 Erectus a. ad Abbatis necum, admonetur ab eodem
 seueri de molestijs et tentationibz in Conuersatio-
 ne regulari, in cohibendis proprijs uoluntatibus,
 et in obedientia sedanda sibi occursum, et
 quanta distictione obseruancia Regule a pro-
 fessis exigatur, quamq̄ seuerè negligentes, et
 rebelles iudicentur. Quodq̄ si in procuru Noui-
 tiaty uita ipis nobis displicuerit, eam inuicem
 agere possimus. Quibus propositis, si de Dei mi-
 sericordia et fratrum orationibz confidens im-
 perterritus manserit, dicente Sro Abbate, Sro
 qui capit in te, ipse perficiat, dimittatur, et usi-
 tato deuotionis uerba exercitio per aliquot
 dies se subiiciens ad Confessionem absolutissimam
 & Abbati, aut cui is commiserit faciendam, abq̄
 Communionem hancam prepararet se admonitus.
 Et sic suscipiatur in Choro, sub summa Missa,
 scdm modum infra in Coeremonijs ad harum
 declarationum et Regule calcem descriptum,
 et depositis interea a se non solum uestimentis,
 que in Monasterium secum attulit, sed quid quid
 in armis, libris, pecunia, alijsue reby habuerit,

Qua Maniis fuit in
 uoluntate

quando et ubi suscipiatur

Zyffij us in Neptiano re
 uoluntate

et in ueterario in clauis, ubi Monasterij rebus uicissim in-
datus, ex tunc annum probationis eius initium sui cursum
accipere fiat.

NOUITI inter se ordines suos, et in Conuentu loca
deputata obseruent, et qualibet uice post absolutam
Legula prelectionem, quod ter in anno distinctim
fieri debet, exercitio deuotionis supradicto ad tri-
duum saltem pp mentis propositis, reintegrandum
repetito, in Capitulum duci, et quia^{im} legem, sub
qua militare uelint, audierint, admoniti de sua
perseuerantia respondeant, dicente Presidente,
Si adhuc tibi placet, dic palam, alioquin liber
discede.

6.
*Quo rō per annū legu-
lariōni pōnidi.*

MANDUCET ET DORMIAT Consueuimus,
Quod Nouiti in Refectorio comedant, simul cum
Monachis, sed in mensa segregata ab eis, ubi
comode uideri possint a PP. et dormiant in
Dormitorio quam proxime ad Cellam Magistri
sui, donec ad Communis Nouitiatu locum, ubi is
institutus fuerit, cum Comendatitijs mittantur.

7.
*Comulat in Refectorio
et dormiat in Dormitorio.*

LIBER DISCEDE Si discesserit uel expulsus
fuerit, in alio Monasterio Congregationis nostre
non recipiatur absq; participatione Pralati, a
quo repudiatu fuit. Repudiatu autem a Conuentu
ultra in Monasterio permanere non permittatur.

8.
*de Nouitiō abbatē.
Abbatē, Nouitiō rō
placuit in Conuentu.*

§. 9.

De sua petitione.

FACIAT PETITIONEM. Forma petitionis erit hæc: videlicet; In nomine & N. Iesu Christi Amen. Anno à Nativitate eiusdem M. DC. & die N. mensis N. Ego Frater N. de tali loco promitto stabilitatem meam et Conversionem morum meorum et Obedientiam secundam Regulam S. Benedicti Coram Deo et oibz sanctis, quorum reliquie habentur in hoc Monasterio S. N. Diocesis N. in presentia R. P. S. N. eiusdem Monasterij Abbatis (vel Prioris) et Monachorum eiusdem Monastij sub Congregatione N. N. ad cuius rei fidem hæc petitionem, manu propria scripsi, die quo supra, et anno. Et propria manu faciat crucem in chartula petitionis. Deinde secundum modum nostram profitendi infra in Ceremoniali descriptum et usitatum, post orationes, vestium benedictionem, ac susceptionem, sancti Spiritus invocationem, et ceteras Regule et Congregationis consuetas solennitates, recipiatur ab omnibz ad oculum pacis.

*De no. recipiendi Pro-
fisos.*

De filijs Nobilium vel pauperum qui offeruntur. Cap. 59.

§. 7.

SI IPSE PVER minori etate est) Quamvis huiusmodi puerorum minoris etatis receptio, tum propter educationes et primæ institutionis laborem, tum quia pp. Conc. Trid. ante 16. annum ad Congregationem admitti nequeat, non modicam Monastij

pariant difficultatem tamen quia S.P.N. Benedictum sep-
 tennes et quinquennes SS. Maurum et Placidum rece-
 pisse legimus, et Ordini sic a teneris adjuvantes ple-
 rug. adultioribus meliores evadere cernimus; etiam Con-
 gregatio nostra, praesertim in illis locis ubi plures Fra-
 tres et comoditates maior erit, tales minime re-
 pudiandos censuit; Ea tamen lege, ut suscipiantur
 qui Ordinis aliquando recipiendi spem praese-
 runt, qui postea si ingrediantur Ordinem, et per-
 severent, gratis panem Domini comederint; sin regre-
 dianur, facientes quod aequitas requirit, cum Conso-
 latione & Praelati in sumptus alimonia refunden-
 do, cum pace dimittantur; Professuri tamen tales,
 si tunc propria potestatis fuerint, aequè ut alij, si
 volent, de rebus suis temporalibus disponere possint,
 sin in parentum potestate adhuc, peracta professio-
 ne, vel cum parentibus de certo dando convenire,
 vel hereditas eventura licite expectari potest,
 sicut alibi quoque monuimus.

Postea recipi non debent nisi in domo.

Quibus sumis huiusmodi debent et.

Expectationes sunt alimonia revolvat.

*Huiusmodi Professuri pan-
det eate in re non debent.*

et sine hereditate.

De Sacerdotibus qui voluerint
 in Monasterio habitare

Caput. 60.

SI QVIS de Ordine Sacerdotum in Sacer-
 dotibus & Clericis Congregationis nostrae
 ingredientibus observamus Ordinem Professio-
 nis.

S. I.

*ordo Professionis servanda
 general Sacerdotibus et Clericis*

*De Presbyteris
et alijs*

*Idem de alijs
et alijs*

*Tempus
Professionis*

3.

*Cur Sacerdotibus
inhibetur celebratio*

Verum presbyteros propter sacerdotum reverentiam super alios Novitios collocamus. Idem quoque potest facere Prælatus de alijs, si sibi videbitur aliqua rationali causa, quibus tamen propter hoc non intendimus, praeiudicare quo ad tempus professionis.

Inhibemus etiam plerumque, prefatis Sacerdotibus Celebrationem Missarum ad tempus, ut ex hoc eorum humilitas comprobetur, et ut eam etiam melius addiscant, et tunc ipsi communicent cum Clericis.

De Monachis peregrinis, quae
liter suscipiantur. Cap. 6j.

§.j.

CONGREGATIONE associandus) S. P. N. in Regula videtur concedere monachos alterius Monasterii suscipi posse, si tamen litteras commendaticias habuerint; Verum cum temporibus nostris multa suereverint Religiones, varijque sint eorum mores, et ex his plerumque potius levitate, quam sanctitatis zelo propria deserentes loca, ad nostram accedentes, difficillime iam assumptos valeant deponere mores, ita ut sua varietate vel mutationibus seu detractionibus eorum, quae vident, vel instabilitate sua sapissime gregem conturbent; Et cum longa ex perientia didicerimus, raro tales ad profectum dictis causis pervenisse.

*Cur quædam
monasteria
deserunt*

Propterea ut eorum stabilitati et nostre Congregationis paci utiliter consulamus, Ordinamus i.º
 Quod nullus de ordine mendicantium suscipiatur ad monachatum in Congregatione nostra; quia ex constitutione Martini Papae V. recipientes sunt ipso facto Excommunicati; et ipse receptus cogereetur redire ad suum Ordinem; quorum potestatem habet quoque PIVS V.

2.

Nullus Mendicanti recipiendus.

Ordinamus etiam quod Professi in Congregatione nostra, si alibi firmaverint stabilitatem suam, et redire voluerint, recipiantur: sed omnino observatis, quae in Cap. 29. statuta sunt.

3.

Professi alibi firmata stabilitate sua quae nisi: revocati.

Item de alijs Ordinibus, in quibus alig monium fuerit in Observantia, non recipiantur Univerſi Corpori Congregationis, pro ut in Bulla Pij V. sed moveantur ut perseverent ea vocatione qua vocati sunt; nisi esset persona adeo notabilis, et tanta maturitatis, quod dubitari non possit, quin nisi zelo sanctoris vobis velis mutare statum, et in super dispensatio particularis obtenta fuisset.

4.

Ex alijs alijs ordinibus non suscipiendi, nisi alij.

Si vero nullum Monasterium fuerit in Observantia in suo Ordine aut consideris eum nunquam fuisse in Observantia Regulari, talis suscipi possit observatis praedictis: quia in his cessant causae

5.

Quando vero alijs.

predicta; In supra dictis tamen prohibitionibus
exceptis de mendicantibus, dispensationem annuali
Capitulo reservamus.

De Sacerdotibus Monasterii.

Cap. 62.

*qui fieri debet
et hoc electus.*

ELIGAT ABBAS Cum consilio et consensu
maioris partis Seniorum suorum, computata voce
Praelati.

*2.
Prius examinati mittent
si ad sacros ordines.*

QUI dignus sit Ideo volumus, quod Patres Mo-
nasteriorum una cum Senioribus prius diligenter,
ad sacros ordines, maxime vero ad sacerdotium
promovendos examinent super sufficientia et lib-
teratura, moribus et vitam attentius considerent.

que in ordine consideranda.

Et si (humana fragilitate considerata) fue-
rint idonei iudicati ad officium implendum, ad
quod assumantur (considerato quod in Monachis
qui non semper, nec omnes curam habent anima-
rum non exigatur tanta sufficientia, quanta in
alijs, qui hanc curam habent) ordinari permittantur.

*3.
Prius p. anno hinc
et in no. promissi ad
sac. ordines, si in hinc
iudicati sint.*

Si autem Capitulum, aut Examinatores Episcoporum
ad prefatos ordines ob insufficientiam vel aliam
causam aliquos non admiserint, non possint amplius
illi ydem per integram annum promoveri, aut
presentari, quam promoti erant ad eum Ordinem,

109.
115
ad quem ipse minus idoneus censetur: quod non solum
de reiectis, sed etiam de non propositis ob insuffici-
entiam intelligi volumus, ut sic saltem rubore confessi
magis solliciti reddamur ad dicenda necessaria,
que neglexere perire, sicuti tenebantur addiscere.
Qui dein cum fuerint ordinati, restituantur suo loco
professionis.

*Ordinati post alios officia
sunt loco Professionis.*

Si autem ea, que diximus, servata non fuerint,
aut ordinatus non fuerit reperiens idoneus, suspen-
datur ab Ordinis illius administratione donec in-
dicatur idoneus, et pater, qui causa sig Ordina-
tionis fuit, puniatur iudicio Capituli annalis.

4.

*Idoneus in reprobis suspen-
dendus.*

*Quis in pœnitentiis talis
habet etiam.*

Et quis ad Sacerdotis officium pertinet, ligare
et solvere, ubi auctoritas et scientia requiritur;
Mingimus Prelatis, ut ad audiendas Confessio-
nes secularium eligant Fratres ad id idoneos,
iuxta dispositionem Concilii Tridentini.

5.

*Confessarii idonei
eligendi.*

Hoc diligentius attendi volumus, ne, quod absit,
in præiudicium animarum, et confusionem reli-
gionis, ad ipsum officium exercendum præcon-
tari aliquos contingat.

6.

Qui non præiudicium hinc?

Frates vero sic electi studeant diligenter huic
tam commendabili operi se aptos reddere omni
indubiam adhibeant, et curam ab Dei honore
et salutem animarum, qua nihil est Deo acceptius.

7.

*Confessarii se præiudicium
aptos reddunt.*

ut quam melius possunt, tam pium opus utiliter exequantur; Quod ut dignis impleri queat, etiam visitatores, si opus fuerit, Praeterea ea sollicito sanare mandabunt.

§. 8.

*Nulla pecunia recipienda
a Confitentibus et Missis.*

Interdicitur etiam Praeterea, qui ad audiendas Confessiones instituti sunt, ne quavis occasione seu protectu pietatis & Eleemosyna faciendae pauperibus, nec etiam pro Missis celebrandis, aliquam pecuniam petant, aut oblatam accipiant a Confitentibus quovis quovis colore sibi hunc casum. Si quis contra fecerit reservando, et pro qualibet excessu, si sibi videbitur, etiam usque ad privationem dicti officij puniendi.

9.

*Quid si nihilominus
daretur.*

Quod si quis ex Confitentibus percontatus in se haberet aliquid dare, ad Sacrarium Monasterij dirigatur.

10.

*Hoc nihil ad nos
per hoc privilegium
sive dicto Confitentibus
alios officios tale privilegium.*

Licet in nostris Monasterijs omnes venientes ad nos possint Communicare, iuxta privilegia nostra tamen declaravit Eugenius IV. non esse Communi intelligendum de die Paschae, quo tempore non licet Civibus locorum, ubi sibi sunt Monasteria, absque suorum Superiorum licentia Communicare, sed forenses possint sine licentia.

De Ordine Congregationis Cap. 65.

De Ordinando Abbate Cap. 64.

VITAE MERITO Si quidem pro nostrorum
 temporum et rerum statu in Germania nec moris
 est, nec introduci nos potest ut Praelati Ordinis nri
 pro Visitatorum, aliorumque quorum interest, arbitrio
 remouibiles fiant, sicut in Italia alijsq; Regnis, idq;
 multis et grauib; de causis: maxime uero propter
 magnos sumptus, qui fiunt circa adus et solemnitates
 Electionis et Confirmationis, illiq; conscribendis et
 in publica Instrumenta redigendis, tum exsoluendis
 Jurib; quae uel Episcopo Cioressano Argentineni
 (Cui nostra Monasteria subiunguntur) uel alijs prin-
 cipib; ac Suis in recognitionem Superioritatis
 uel concessorum feudorum, rerum temporalium,
 aliarumque gratiarum debentur, aut pro recipiendis
 eiusmodi feudis itinera longinquiora conficiendo, in
 uestituris, reuersales, et similes scripturas exoluen-
 do, alijsq; quam plurima, quae ob statum et huius-
 modi alium dignitatem non possunt uitari, com-
 parando necessario expendi debent: tum deniq; quod
 propter nostros subuassallos, Emphyteutas, et Colonos, dum
 a quolibet nouo Abbate ut moris et iuris est, subin-
 feudantur, Emphyteutis aut Colonias recipiunt temp-
 notabiles Monasteria nra patiantur expensas.
 Ideo quoties aliquod Monasterium seu morte, seu cessio-

S. l.

Cuius Abbatis Iniq; Con-
 gruatiss; p. hinc
 Remouibiles.

Quid faciendum ff.
in morte in electione eli-
cuius Abbatis

ceptione alicuius viduare conrigerit, omnes & sin-
guli, qui vocem activam aut passivam, vel utramque
de jure aut consuetudine in Capitulo habent, tanto
amplius omni diligentia incumbat, ut domini Dei
de digno, utili, tantorum muneris non insufficienti
provideant, vel provideri faciant, dispensatore
certo scientes, apud Deum nec mercede condigna
si in hoc bene egerint, privandos, nec ultionem,
si perperam, evasuros; addito tamen, quod
etiam illa annihilarentur. Electio, cum tamen in
oppositione omnium sumptuum et laborum.

§ 2
Quid faciendum, ubi de-
cesserit Abbas.

Novae electionis conditio
ante idem tempus
facienda.

Cum autem ob omni generis gravissima et
imminentissima pericula, Electio novi Praelati non
sit differenda, omnino curetur, ut quamprimum
Abbas ex hac vita migraverit, antequam
Corpus terra demandetur, mors Reverendissimo
Ordinario, aut eius Consilio, ceteri nuncio, et
de die nova Electionis instituenda decretum
petatur, ille dies etiam Visitatorij anni illig-
ten Seniori, aut viciniori Praelato intimetur.
Fratribus Jeunio, ut moris est, triduo ante
post sepulturam indieto, non obstante si tunc
alias ieiunium Regulare aut Quadragesimale
esset (excepta tamen hebdomada Paschae)

Tempore uero a decessione defuncti usq[ue] ad Prelati
 noui adualem positionem, interiecto post Laudes
 et Vesperas super formas prostrati deuote legant
 Psalmum, Ad te leuauimus. cum Gloria. Kyrie-
 eleison. Pater noster. Et ne nos. X Nihil
 Saluos fac seruos tuos. & Deus meus. Mitte
 eis Dne. X Nihil proficiat inimicus in eis.
X Dne Regi Virginum conuerte nos. X Dne exaudi
Dne uobiscum. Oremus. Exaudi Dne famulis.
 Per Chrm Dnm nrm. Sicut in Coeremonijs nrae
 Congregationis infra plerius habetur

*Quid gntia in pro
 laudi conuenerit
 ab olim Pharis.*

CONCORDS Congregatio Tradito Corpore
 Ecclesiastica sepultura et recepto nuncio a Reue-
 rendissimo Ordinario, aut eius Consilio, quo die
 electio celebrari debeat, ipse dies a Priore aut
 Subpriori monasterij signo Campanae dato, capi-
 tulariter publicetur. Deinde has litteras si-
 gillo Conuentus munitas, patentes, uel nuncium
 ad hoc specialiter deputatum dirigant, ad ab-
 sentes, qui debent et possunt commode ac sine pe-
 riculo conuocari, quiq[ue] uocem in Electionem de-
 approbata consuetudine habere possunt, ad loca
 ubi habitant, uel ubi potissimum habitare conue-
 uerint, & vagabundos enim publica citatione

3.

*Dies electio in fine
 in die conuocandi agitur
 publicatq[ue].*

*Ab omnes per litteras
 aduocandi ad electionem.*

*Vagabundi publicis
 uocem non habent.*

uocare sufficit) et profigant eis diem huiusmodi
 cum continuatione omnium sequentium, quousque
 Electio fuerit celebrata; mandando eis, ut tunc
 ad uacans Monasterium conuenire debeant hora
 illa, qua Capitulum consueuerit celebrari, una
 cum ipsi presentibus de futuri Abbatis electione
 tractaturi. Commineatur eis insuper, quod si non
 uenerint in termino, presentes procedant nihilominus
 in ipso electionis negotio, eorum absentia
 non obstante, ipsi ulterius non uocandi, etiam
 ad alium terminum Electio fuerit proroganda.
 Ceterum tamen est nuncius, ut ne absentes malitiose
 se negare possint se esse citatos, in presentia
 talem illis citationis litteras representet, et si
 fieri poterit, publicum instrumentum exigi curet;
 Quod etiam fiet, si sine litteris citatio comissa est.
 Non solum autem hi, qui uacare nesciunt Monaste-
 rium, sed cum ad eligendum terminus assignatur
 etiam hi, qui hoc sciunt, ubi presentes fuerint citari
 debent. tunc enim si postmodum se absentent, ne-
 quaquam ulterius uocabuntur, nec eorum absentia
 poterit Electionem impedire, sicuti nec illorum, qui
 se occultant, uel ne citatio perueniat ad eosdem,
 malitiose impediunt seu procurant.

§. 4. Et quia sacrosandum Cone. Trid. praecipit et
 mandat, Electiones fieri debere per uota secreta

Quia nunc literis ab
 dante.

Quia autem de dante
 dante ab dante
 dante.

Etiam si quis pro
 nathanael dante.

ita ut singulorum eligentium nomina nunquam publicentur, eundem modum, siue scrutiny huiam seruandam esse censemus; Et ut legitime ac Canonice cuncta fiant, volumus ut praeter Praesidem siue rectorem (qui nomine R. m. Ordinarij Electioni praerit) inuidentur Visitator anni illig, et vicinus aliquis Abbas, ut in Electione noua scrutatorum fungantur officio, his addantur duo testes cum Notario, qui omnes praesio iuramento Canonice iudicant Electionem.

Via scrutiny in clo:
uam forata.

quia debent in ipso
scrutatio.

IN ipso autem Electionis processu seruetur modus in Coereemoniali Ordinis nostri expressus.

As modis p[ro]u[er]bijs.

IN NOTITIAM EPISCOPORUM Et de iure communi, et secundum hunc paragraphum 5. Regulae Ep[iscopu]s Diocesis Cap[itu]l[um] et Superior Monasteriorum nostrorum esse dignoscitur: eidem Jus praesidentie et directionis in Electionibus novorum Praetatorum Confirmationem noui electi, etiam Correctionem (si qua necessaria foret) competere agnoscimus: sine cuius iure et consensu (salua non libera et Canonica electione) nihil agendum declaramus.

6.
Jus praesidentie Ep[iscopu]l.

2.

2.

3.

4.

5.

ORDINATVS autem Abbas) Primo seruanda sunt illi quo ad mores diligenter omnia que tam hic quam supra Capitulo Regula isto distincte

7
Abbas distincto quare
max debet esse iustus
iustus.

*Quos alios,
officij poterit habere*

descripta sunt. Quo ad alij officij vero, primum
in dextera Choram locum habeat, ut ab omnibus
clare videri et observari possit, ipse enim est
ad inchoandas et terminandas horas signum
facere, legentibus benedictiones impendere
I E D E U M laudans incipere et T E D E U S
Laudans Evangelium legere; In Vesperis et
Matutinis P r n r dare dicere; In Duplicibus
1^a Clasis quoad missam in Pontificalibus cele-
brare, et horas quibus praesens fuerit incipere.
In Dominica Palmarum Coena Dni, Para-
scae, Novitij benedictione in Comemoracione
omnium Animarum, in praesentia quos de pasci,
vel Chari quoad missam et horam illi praemitti
solitam. In Vigilijs vero Nativitatis Dni
Pascha Pentecostes, et tam quoad precede-
tem horam quam quoad sequentes omnes
horas, si ad fuerit, hebdomadary officium facere.

*§. 8.
Continuatio praecedentis*

Non tamen benedicit Lectori mensae nec
dicat Collectas suffragiorum et Anas de B. Virg.
et si praesens fuerit nisi dum in Pontificalibus
Vesperas canit, facit tamen cum ministris suis
in Pontificalibus (si utendi privilegium habet)
in Coena Dni, Mandatum Fratrum in Capitulo,
et pauperum in templo continuatim, atq; in

Purificatione Candelarum, in Capite Junij, Cincus
 in ramis palmarum, in Sabbato Pasche ignis
 et in dicta Dominica Coena panis viniq. Cubi
 talis consuetudo est. benedictionem et cum iisdem
 insignijs solemnibz processionebz interit. Bene
 dicit quoq. Novitiorum habitz, sed et Novitios
 ipsos, ipsorum et Comissorum professiones recipien
 tiam porro Abbat tenetur in Capitulo vel
 ipse, vel cui mandaverit, exhortationes facere. 9.
 Mensibz singulis ad minimum semel Capitulo
 Culparum presidere, officia Prioris, Subprioris,
 Cellerarj, Novitiorum Magistri cum Consilio
 tamen Seniorum distribuere, poenitentias tam
 leuiores quam grauioris culpa fratribz inun
 gere, et ab ijs rursus absolueri degradare
 etiam, vel ad altiorem locum ex tollere et ab
 officijs, vel regulari onere in Capitulo ex
 imere, quot voluerit, vel putauerit.

Solius Abbatis est in Monasterio benedicere 10.
 Corporalia (si habeat privilegium) pallas, al
 tarium pannos, vestes sacerdotales, ipsiq. quoq.
 et Monasticos habitus, nouos, tunicas, pelliceas, de distributione vestit.
 focos, spucia, quibz indigent, distribuere;
 Coetera minora arbitrio Prioris, vel cellerarj
 (prauia tamen sua licentia) distribuenda
 concedens. Nam si Abbas cuiquam, aliquid

que ab alijs denegatur
ab alijs potest

denegaverit, nullatenus id ab alijs petere, recipere presumat. Si cui Cellerarius negaverit aut uestiarius aliquid, quod postea petat a Priore, non celet eundem, sibi hoc ab alio denegatum, multo magis Abbatem celet negationem, si quis ab ipso petat aliquid, antea a Priore denegatum, alioquin doli reus est.

Abbas et in te pax
ab eis hinc, qui reu:
zordy.

Quoties Abbas per 14. vel plures dies a Monasterio abfuerit, ad propria reuertenti fratres humiliter et reuerenter occurrant, eum pia salutatione, recipientes, ut quanto ipsum dilectionis affectu complectantur, ex hilariori ipsorum susceptione comprobetur.

18. 22. 8.

De Preposito Monasterij Cap. 65.

§. i.

QUEM CUNQUE elegerit Abbas, Sicuti Regula hoc in Cap. concedit Abbati liberam potestatem ponendi ac deponendi Priorem, adhibito tamen consilio Seniorum, ipsi etiam singulos officiales, licet annuatim ab officijs suis deponere aut saltem per triiduum suspendere, tum ut ex hoc eorum humilitas comprobetur, tum ut qui per annum circa uaria detrahi, multa in sese, et alijs negligunt, melius se recolligere possint.

Simili officiales
anthonij facti
in illam infirmitate
ab officijs

Et ut.

2. Ordinandus in Priorem ab Abbate in Capto

Reverentia Prior qui agere
debet.

pronunciatus continuo de suo loco episcopi in medio Capiti
 se prosternat et surgere ab Abbate usque indignum
 et in idoneum huic oneri se contestans humiliter
 supportari exoret, sed si Abbas in sententia permaneat
 ad propinqua dum completur horam accedens ad ana-
 logy gradum ueritatem petat, et erubet per dicat versus
 Deus in adiutorium meum. Conuenit tunc
 illum reperere tunc super inclinatis stantem
 legat Abbas benedictionem secundum Coeremoniale.
 Ipse autem se erigens, et inclinans exeat, si
 nihil amplius cantandum fuerit aut incrans in su-
 premum finitry Chori locum se recipiat, semper
 enim ubi Conuentus per Choros in simul distindy
 fuerit, ipse primum in sinistra parte locum benebit.

Supremum finitry Chori
locum tenet.

ILLA agat cum reuerentia) Si quidem ex offi- 3.
 cio Prior quasi altera manus Abbatis esse debet in
 spiritualibus, non autem temporalibus, nec tempo-
 raliu gerendorum Ordines prescribere, uel per
 se illa administrare uelle audeat, ipsam s. Abba-
 tem autem nunc quidem adiunabit nunc am-
 nino releuabit, in ysdem spiritualibus eius autho-
 ritate preces, ut patet in audiendis confessionibus
